



Sammelbd

7,3d = voh : Kt 4065

G.

2. D. B. V.  
AVSPICII  
SERENISS. PRINCIPIS REGII  
**DN. FRIDERICI AVGVSTI**  
RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI  
DISSERTATIONEM JURIDICAM,  
QVA  
REQVISITA  
HYPOTHECAE CON-  
VENTIONALIS IN BO-  
NIS IMMOBILIBVS CON-  
STITVENDAE

E VOLVUNTUR  
P R A E S I D E  
**JO. GOTTOFREDO KRAVSIQ,**  
J. V. D. VT ET CVRIA PROVINCIALIS ET CONSISTORII  
ECCLESIASTICI WITTENBERGENSIS ADVOCATO  
ORDINARIO,

DOMINO PATRONO AT QVE PRAECEPTORE SVO OMNI HONORIS CVL-  
TV AC OBSERVANTIA AETATEM PROSECVENDO,  
IN ILLVSTRI ACADEMIA WITEBERGENSI,  
D. SEPTEMBR. ANNO MDCCXIV.  
PVBLCAE VENTILATIONI SVBMITTIT,  
IN AUDITORIO JVRIDICO  
RESPONDENS  
**CHRISTIANVS GOTTL. ZEITZIVS, TORGAV. MISN.**  
ADVOCAT. IMMATRIC.

VITEMBERGAE, FORMIS SAMVELIS KREVSIGII.

2d. Dis: de rebus publicis actis ac hypothesi rei in oblio extroyalitate  
M. Bonabri Vol. xlii. sec. 8. 34.

DURCH DAS GEGEN

IN DER KUNSTSCHAU  
AM 15. MÄRZ 1912  
DIE STATIONEN DER

AUS

REDAZIERT

HYPOTHESAE CON-

TESTA PLATIBUS

HERMISPERAZGEN

STETTERNAE

JOSEPH CORRIDO KRATZ

IN DER KUNSTSCHAU

AM 15. MÄRZ 1912



## PROEMIVM.



Uamvis a Summo rerum Conditore omnia , quæ ad humani generis conservationem quicquam facere possunt , in tanta ubertate sint procreata , ut omnibus hominibus , quotquot eorum sint , satis superque exinde prospectum sit ; Nihilo tamen secius , quo ad communem consociationem mortaliū pectora mutuis rerum commerciis & rerum ad vitæ humanae usum & commoditatem necessariarum atque utilium commutationibus eo magis inter se coirent & pacem atque amicitiam colerent , Summus societatis autor sapientissima ratione illam rerum ubertatem per omnem terrarum orbem ita distributam esse voluit , ut non omnia ferret tellus omnis ; sed qualibet aliis rebus abundaret , aliis e contra indigeret , neque ad incolarum suarum sustentacionem per omnia sufficeret ; Unde & aucto genere humano & infecuta rerum proprietate dominiorumque distinctione varia genera Contractuum inter gentes sunt inventa , quibus aut res superfluæ aut mintis necessariæ cum aliis utilioribus magisque necessariis commutari , aut hæc pro legitimo pretio constituto

A 2

acquiri

acquiri, vel ad minimum ad utendum conduci & sic  
necessitatibus hominum succurri possit; Imo in tan-  
tum ejusmodi conventiones sunt approbatæ & cor-  
roboratæ, ut & iste, qui de præsenti neque rem ali-  
am pro re sibi acquirenda dare aut pretium consti-  
tutum exsolvere possit, nihilominus sub fide habita-  
res sibi necessarias aut utiles comparare valeat. Quo  
magis vero Creditores de ære sibi debito secures  
reddantur, cum hominum fides non solum fluxa &  
fragilis esse soleat, sed & in juvandis aliis, quilibet sua  
sibi farta tecisque conservare studeat, eo convenien-  
tius non solum fidejussiones, sed & pignorum & hy-  
pothecarum constitutiones sunt introductæ, atque sic  
hisce difficultatibus malitiisve hominum froenum  
quasi impositum. Cum itaque temporibus nostris  
admodum calamitosis plerique, si sibi aliquid compa-  
rare cupiant, fidem de pretio habendam a Cre-  
ditoribus suis sibi expetere cogantur, neque tamen  
facile hoc obtainere soleant, nisi Creditoribus suffici-  
entem securitatem præsent, atque adeo oppignora-  
tiones bonorum hypothecarumve constitutiones ad-  
modum frequentes hodie existant, non incongruum  
factum putamus, si loco speciminis academicæ exhibi-  
bendi de requisitis hypothecæ constituendæ, tanquam  
materia in ipsis rerum argumentis admodum fre-  
quentे, aliquid proferamus. Neque nos deterret,  
quod de materia pignorum & hypothecarum non  
solum plures jam antea integros libros conscripsere,  
sed & in omnibus juris compendiis librissive Syste-  
maticis de hacce materia agatur. Vix enim affir-  
mantे Caspar Cabollino in Prefat. milleloquiis Juris prefixa  
dicitur aliquid, quod non dictum sit prius, imo ipsa  
experi-

experientia nos edocuit, quot graves controversiae  
in' ipsis rerum argumentis circa nonnulla requisita  
hypotheca valide constituenda, præprimis in bonis  
immobilibus Saxonice soleant moveri, in quibus  
decidendis non solum Doctores sed et ipsa Collegia  
Saxonica fluctuant sibique haud raro contradicunt,  
unde nec erubescere debemus, cum in præsenti dis-  
sertatione validæ hypothecæ requisita recensere, ista  
ulterius illustrare, de controversiis nostrum judicium  
addere, illudve publico examini subjicere constitu-  
mus. Ne tamen Leges disputationis excedamus,  
jam jam de requisitis hypothecæ tantum modo con-  
ventionalis & quidem in bonis immobilibus valide  
constituenda sumus acturi, quod ut eo felicius pro-  
cedat imploramus Divini Numinis assistentiam.

### §. I.

**L**ubentes hic prætermittimus explicationem  
terminorum, quos Rubrica Dissertationis no-  
stra sub se continet; Dupondiis enim notum  
esse debet, quid sint requisita? quid hypothe-  
ca? quid immobilia? & quid denique con-  
ventio? illud tamen notamus, quod licet vox hypo-  
thecæ & pignoris *Aelio Marciano Libro singulari ad for-* Hypotheca  
*mulum hypothecarium*, ex quo desumitur est L. 5. præprimis utrum  
§. 1. huc pertinens ff. de pignoribus, quoad sonum nominis quoad so-  
tantum modo differre videatur, quod exinde factum, num no-  
cum hypotheca & pignus tam in re mobili quam immo-  
bili constitui possint §. 7. f. de Act. L. 1. §. 2. ff de pign. summodo  
& hypothec: & pignus & hypotheca tribuat jus in re  
L. 18. C. de pignor: & hypothec: L. 66. pr. ff de evict.  
unde & veteres Jure Consulti, neglecta proprietate his  
vocibus

vocibus promiscue usi sunt : vid. L. 9. §. 2. L. 35. ff. de  
pignor. act. L. 88. ff. de acquir. vel omitt. hered. Rectius ta-  
men Aelius Marcius non solum a Valla L. 6. elegant.  
Cap. 57. & Sichardus ad Rubr. Cod. de pign. & hypothec. n. 10.  
reprehenditur , sed & ridiculus vocatur a Commodo L. 4.  
Comment. Cap. 14. n. 2. Mendoza de pacit. Cap. 12. n. 14.  
Pignus enim nisi interveniente traditione L. 238. §. 2.  
in fin. ff. de V. S. hypotheca vero sine ejusmodi actuali  
traditione constituitur L. 9. §. 2. ff. de pignor. act. §. 7. f.  
de act. sic et actiones ex pignore & hypotheca descen-  
dentes , quam maxime inter se differunt , ex pignore  
enim actio pignoratitia descendens est civilis, mera per-  
sonalis & debito soluto, vel alio modo extincto demum  
competit. §. fin. f. quibus modis re contrah. oblig. ast ex  
hypotheca actio hypothecaria tam Serviana, quam quasi  
Serviana descendens est pratoria §. 7. J. de act. realis L. 18.  
C. de pign. & hypothec. L. 66. pr. ff. de Evict. & debito non-  
dum soluto, vel extincto aduersus quemcunque possesso-  
rem rei hypothecæ subjectæ institui potest. L. 14. L. 24.  
C. de pign. & hypothec. unde & actioni pignoratitia non,  
nisi a tempore soluti, vel extincti debiti principalis, actio-  
ni vero hypothecariæ statim a tempore , ubi debitum  
principale exigi potuit, præscriptio currit.

## §. II.

**Requisita hypothecæ constitutio-**  
nem requisita quod attinet, sunt ista duplicitis generis:  
alia enim constitutionem præcedunt, alia in ipsa consti-  
tutione sunt adhibenda. Quoad priora, cum hypothec-  
a sit mera principalis obligationis accessio, L. 43. ff. de  
debet obli-  
gatio prin-  
cipalis va-  
lida. solut. præprimis requiritur, ut ipsam constitutionem præ-  
cedat valida quedam obligatio , cuius gratia hypothec-  
a constituitur L. 2. ff. que res pign. vel hypothec. Bachov.  
de

*de pignor. & hypothec. L. 2. C. i. n. 2. & quidem in tantum, ut  
hypothecaria agens debitum principale, præprimis, si  
hoc neget reus, probare teneatur. Dn. Horz. Cl. 10. Resp.  
10. Masicard. de probat. Vol. 2. Concl. 871. n. 1. neque pactum  
valeat, quo ultra summam pecuniaæ solutæ major ad rem  
reliuendam restituatur. Cap. 4. X. de pign. interim tamen  
debitum principale non quidem ordine scripturæ & ver- non ordine  
borum, sed solummodo intuitu effectus præcedere debet, scripture  
L. 5. ff. de pign. act. L. 16. §. ult. ff. de fidejussor. sicuti nec sed intuitus  
opus est, ut obligatio, cuius gratia hypoteca constituitur, effectus.  
constituentis propria existat, cum & pro aliena hypo- sufficit ob-  
theca valide constitui possit L. 5. §. ult. ff. de pign. & ligatio  
hypothec. aliena.*

### §. III.

Sufficit etiam obligatio præcedens naturalis L. 5. pr. L. Num na-  
14. ff. de pign. act. quamvis enim naturalis obligatio quoad turalis ob-  
fancita juris civilis ad agendum sit inefficax, L. 7. §. 4. ligatio  
ff. de pact. alios tamen effectus etiam de jure civili ha- sufficiat?  
bet; Ut enim prætermittamus principales, quo pertinet  
retentio L. 13. 14. 41. 64. ff. de condic. indeb. item com-  
pensatio L. 6. ff. de compensat. præprimis hunc insignem  
effectum relinquit, ut, sicuti fidejussiones L. 6. §. fin. L. 7.  
L. 16. §. 3. ff. de fidejuss. Ita etiam pignoris & hypothecæ  
constitutio isti æque ac mixta accedere possit. L. 5 L. 14.  
§. 1. ff. de pign. & hypothec L. 9. ff. ad Sctum Maced. L. 13.  
ff. de condic. indeb. quanquam hoc de obligatione natu- affirmatur  
rali plena & quæ jure civili quodammodo approbata est, de plena  
v. g. ex nudo pacto, solummodo procedat arg. L. 6. 7.  
16. §. 3. & 4. ff. de fidejuss. neque ad obligationem natu-  
ralem minus plenam, seu imperfectam, quæ exemplis in negatur de  
L. 25. §. 11. ff. de hered. pet. L. 54. ff. de furt. vid. Tabor. minus pla-  
in Part. clem. p. 134. illustratur, aut plenam quidem, sed na-  
jure

*item plena* iurc civili plane reprobata, quo pertinet obligatio  
*sed jure* ex mutuo a filio familias contracto, L. 9. §. 3. ff. ad Scium  
*civili plane* Macedon. L. 2. ff. que res pign. extendi possit, sed in utra-  
*reprobata.* que hypothecæ constitutio sit invalida & nulla. conf. Hopp.  
ad §. 1. J. de fidejuss. ad verb. an naturalis.

*num mere*  
*civilis ob-*  
*ligatio*  
*sufficiat?*  
*deciditur*  
*sub distin-*  
*ctione.*

§. IV.  
De obligatione mere civili quæritur, num istius ratione hypotheca valide constitui possit? Negat hoc Brunnem. ad L. 5. ff. de pignor. & hypothec. n. 3. magistram distinguitur inter obligationem civilem, quæ actionem producit, & inter istam, quæ effectu exactionis destituitur, isti, quæ oritur v. g. ex re judicata, ex chirographo &c. ut pignus vel hypotheca accedat, nil impedit. arg. L. 1. C. de conduct. indeb. L. 36. fam. herc. confer. Suthold. Disp. 12. Aph. 23. seqq. cum ad minimum præsumtam æquitatem habeat Bachov. de pign. & hypothec. L. 2. C. 1. n. 3. seqq. Huic vero, quæ v. g. exceptionem exitus, pacti &c. elidi potest, arque adeo propemodum sine re & exitu inutilis est, L. 112. ff. de Reg. jur. imo omni æquitatis vinculo destituitur L. 95. §. 4. de solut. hypotheca cum effectu nequaquam accedere potest.

*Requisita*  
*ipsam con-*  
*stitutio-*  
*nem con-*  
*cernentia.*  
*Jure Ci-*  
*vili veteri.*

§. V.  
Requisita in ipsa hypothecæ constitutione adhibenda iterum sunt vel specialia, vel aliis Contractibus communia; Ita quod attinet, Jure Civili, eoque veteri cernentia. solenni mancipazione per as & libram cum fiducia remancipacionis hypotheca constituebatur Rosini Antiqui. Roman. Lib. 9. Cap. 5. Unde & fiducia dicebatur, imo vox fiducia apud veteres Ictos frequentior erat, quam hypothecæ vel pignoris. Vinn. Comment. ad s. 7. J. de Act. n. 7. Bachov. L. de pignor & hypothec. C. 15. n. 1. Godofred. ad L. 3. C. Theodos. Tom. 1. Tit. 2. de Leg. Commiss. et quam-

quamvis nullum vestigium τε fiduciae in Libris Juris Civilis supersit, sed loco ejusdem vox hypothecæ vel pignoris passim inveniatur, notat tamen *Salmas.* de modo usurpar. Cap. 14. p. 590 -- 604. Tribonianum hæc loca in-<sup>Jure no-</sup>  
terpolasse. Jure vero noviori aut potius Prætorio sim-<sup>viori &</sup>  
plici conventione, atque adeo sine omni ulteriore fo-<sup>Prætorio</sup>  
lennitate hypotheca valida in omnibus bonis etiam im-  
mobilibus constitui potest. *L. i. ff. L. 20. C. de pact. L. i. ff. de*  
*pignor act.* quamquam & hocce Jure hypotheca publica,  
sive ista judicialiter sit constituta, sive instrumentum  
desuper confectum a tribus testibus sit subscriptum,  
privata in Concursibus Creditorum sit præferenda. *L. II.*  
*C. qui pot. in pign. Brunnem. ad d. L.*

### §. VI.

In tantum vero hypotheca jure civili noviori per *utrum*  
*nudam conventionem constituti potest, ut & citra ex- verbis æ-*  
*pressam hypothecæ mentionem ex solis verbis æquipollen- quipollen-*  
*tibus subsistat.* vid. *L. ult. C. que res pign. Carpz. P. 2.* *tibus hypo-*  
*Conf. 23. Def. 34. n. 1. 2. 3.* quamquam per verba æqui- *becca con-*  
*pollentia non vaga & admodum dubia, sed quæ securi- *stitui pos-**  
*tatis præstationem indicant, neque facile aliam, quam *qualia**  
*hypothecæ constituta interpretationem recipiunt, intel- verba æ-*  
*ligenda sint.* Pertinent itaque huc formulæ : ich versichre quipollen-  
meinen Gläubiger auf meine Güther / item : meine Güter *via hic*  
ther sollen ihn hafften : vel : mein Gläubiger soll in Ent- sufficient  
stzung der Zahlung sich aus meinen Güthern bezalt zu ilustratur  
machen / oder daran sich zuerholen befugt seyn. *Dn. Berger exemplis.*  
*in Oecon. J. L. 2. Tit. 5. Tb. 8. Not. 1. & in Elect. Discept.*  
*Forens. p. 1475.* sicut & hue pertinet ista formula : mein  
Conductor soll in dem ihn vermietheten Hause so lange  
sizzen bleiben / bis er wegen derer Meliorations Kosten völ-  
lig vergnüget. *Brunnem. Cent. 2. Dec. 45.* ubi etiam dis-  
quirit,

quirit, num hoc in casu hypotheca se extendat ad meliorationes finito locationis tempore factas.

quomodo  
hypotheca  
per simpli-  
cem con-  
ventionem  
constituta  
jus in re  
producere  
potest?

Neque istis, quæ supra de constitutione hypothecæ per nudam & simplicem conventionem monuimus, obstat, quod hypotheca rite constituta tribuat jus in re; Jura vero realia nudis pactis produci nequeant, sed ut traditio accedit, necesse sit. L. 3. pr. ff. de Oblig. & Act. L. 20. C. de pac. Quod enim nihilominus ex simplici conventione sine interveniente actuali traditione jus reale hic enascatur, descendit ex speciali juris assistentia, quæ in L. 17. s. 1. junct. L. 1. pr. ff. de pign. act. continetur, aut, si mavis, ex dicta quadam traditione, quatenus Prætor singit, ac si res hypothecæ per conventionem subjecta Creditori a debitore fuerit tradita, huic vero reservato jure in re retradita. Unde hic ex nuda conventione jus reale nascitur saltem ut ex conditione sine qua non, cum e contra vera causa in traditione, quam hic Prætor, sicuti alibi passim suppónit, & qualis dictio tantum in jure operatur, quantum alias ipsa veritas L. 1. ff. de adopt. L. 44. ff. de excus. Tunc posita sit conf. Bornii Differt. inaugur. de Jure in re Cap. 5. §. 4. Feltmann De jure in re & ad rem Cap. 10. n. 20.

Jure  
Saxonico  
num sim-  
plici con-  
ventione  
hypotheca  
constitui  
posse?  
affirmatur  
quoad

Jure Saxonico duo casus circa constitutionem hypothecæ in bonis immobilibus sunt distingvendi. Aut enim hypotheca consideratur, quatenus tendit in solum debitoris ejusdemve heredum, aut tertii cuiusdam præjudicium, ita, ut aut tertius possessor exinde conveniri, aut hypothecarius aliis posterioribus in Concurso Creditorum enato praefferri possit. Priori in casu, cum debitor adversus solutionem, ne quidem sub praetextu omissee

omissæ cujusdam solennitatis a jure præscriptæ se defen-<sup>præjudici</sup>  
dere & cum labœ bonæ fidei se juvare propriumque fa-<sup>um debi-</sup>  
ctum in præjudicium tertii impugnare valeat. L. 24.<sup>toris ejus-</sup>  
L. 155. pr. ff. de Reg. Jur. L. 25. ff. de adopt. heredes etiam <sup>re here-</sup>  
factum defuncti præstare cogantur L. 149. ff. de Reg. Jur. <sup>dum.</sup>  
neque plus juris quam defunctus habeant L. 54. L. 120.  
L. 175. s. 1. ff. eod. hypotheca, etiam in bonis immobilibus,  
sicuti Jure communi, sola conventione sine consensu  
judiciali desuper impetrato constitui potest. Conf. Elec.<sup>t.</sup>  
Sax. 23. P. 2. s. und dieses / ibi: iedoch wo einer &c. Ord.  
Proc Sax. Tit. 46. S. 2. v. iedoch wird solches &c. Poste-<sup>Negatur</sup>  
riori vero in casu ob metum deceptionis & defrauda-<sup>quoad</sup>  
tionis aliorum, ne aut res sæpius cum fraude Credito-<sup>um serii</sup>  
rum & ultra veram ejus æstimationem pluribus oblige-<sup>t cur?</sup>  
tur Conf. Elec.<sup>t.</sup> Sax. 23. P. 2. s. und dieses v. dmit ein  
Guth &c. aut debitores fraudulenti occasionem habe-  
ant, qua hypothecam posteriorem in tempus anterius  
simulate conjicere & anteriores Creditores decipere,  
aut denique in comparandis rebus immobilibus onera  
ejusmodi inhærentia acquirentibus & ementibus metuen-  
da sint, sed cuilibet de oneribus rei alienandæ inhærentibus  
eo facilius constare possit, saluberrime constitutum est, ne  
aliter hypotheca in bonis immobilibus constitui possit,  
quam si desuper specialis Magistratus consensus fuerit im-  
petratus. Conf. Elec.<sup>t.</sup> Sax. 23. P. 2. v. daß die verpfändung  
unbeweglicher Güther / Ordi Jud. Sax. Tit. 46. S. 2. v.  
wo aber unbewegliche Güther Landt - R. L. 1  
Art. 8. & 34. L. 2. Art. 30. Weichbildt art. 25. & Art. 60.  
Carpz. ad d. Conf. Desi. I. seqq. ubi ostendit, quod nec  
Nobiles & illustres personæ, imo nec Mercatores aliter,  
quam impetrato consensus judiciali bona sua immobilia  
in præjudicium tertii valida hypotheca afficere possint.

S. IX.

Idem est dicendum de rebus incorporalibus, qua-<sup>quid judi-</sup>  
B 2 tenus <sup>candum si</sup>

de rebus tenus improprie ad res immobiles referuntur, sicuti hoc  
 incorpora- *Carpzovius* P. 2. *Conf. 23. Defin. 3.* de annuis redditibus ad-  
 libus? jecto Præjudicio confirmat. Quanquam vero laudatus  
 notatur *Carpzovius* sequenti Definitione 7. in genere affirmet, ac  
*Carpzovi- si jura & nomina in foro etiam Saxonico absque insinua-*  
 us. *tione judiciali efficaciter oppignorari possint, cum hor-*  
*rum oppignoratio traditionem requirat, neque ea op-*  
*pignorari soleant, nisi & statim trādantur, atque adeo*  
*cesset ratio deceptionis, cuius gratia impetratio con-*  
*sensus judicialis in Saxonia sit præscripta ; Nos tamen*  
*ipsius sententiam hac de causa approbare non possumus,*  
*cum præsuppositum, ac si jurium oppignoratio semper*  
*requirat traditionem ex nullo textu Juris probari possit,*  
*potius & in hisce metus deceptionis & defraudationis*  
*Creditorum subsit, ne pluribus obligarentur, Licet, quod*  
*conventio- attinet oppignorationem nominum, Sententia Carpzovii*  
*ne oppig- non repugnemus, cum nomina plerumque rebus mo-*  
*norari bilibus annumerentur. unde & in Ord. Jud. Sax. Tit. 46,*  
*posseunt. s. ferner dñe nomina expresse sanctum est, quod nomi-*  
*nec hypo- na sine omni solennitate ex sola conventione oppigno-*  
*theca ser- rari possint. Imo etiam venditor ratione pretii in re*  
*vara in re immobili vendita sine judiciali consensu impetrato sibi*  
*immobili hypothecam reservare potest. Carpz. L. 4. Tit. 4. Ref. 27. n. 4. scqq. & P. 2. Conf. 23. Def. 16.* modo in conti-  
*venda* *genti non ex intervally hanc reservationem adjicat,*  
*eget con- e Carpz. d. I. Ref. 28. n. 1. & 2. ubi n. 3. & de feudo agit.*  
*fensu judi-*  
*ciali*  
*L. initatio.*

### §. X.

quomodo Debet vero Magistratus de dando suo consensu in  
 consensu constitutionem hypothecæ implorari vel ab ipso debi-  
 judicis de- tore vel a mandatario ejusdem sufficiente mandato in-  
 beat impe- structo Carpz. P. 2. Conf. 23. Def. 23. Berlich. P. 2. Concl. 29.  
 trari? n. 74. cum actus hic sit summe præjudicialis, atque adeo  
 debitor audiri debeat, num consentiat, an vero justam  
 exceptio-

exceptionem opponere valeat. *Modest. Pistor* P. 4. Qu. 137.  
*Carpz. d. l. § 5 in Rep. L. 4. Rep. 29.* Imo hoc in tantum *Amplia-*  
procedit, ut, quamvis coram Magistratu in judicio de-  
bitor solutionem sub pignoratione omnium bonorum  
suorum bey Verpfändung seines sämtlichen Vermögens  
promittat, non tamen hypothecæ constitutio bona ejus-  
dem immobilia afficiat, multo minus ejusmodi hypo-  
theca actis judicialibus, in qua hypothecæ Constitutio-  
nes referri solent, den Consensus *Büche* inseri posset, nisi  
expressis verbis consensum Magistratus ad oppignoratio-  
nem perierit debitor *Carpz. d. l. n. 6. Merv. ad Jus Lubec.*  
*L. 3. Tit. 4. A. 1. n. 42.* Quanquam eo in casu, quando con-  
stitutioni hypothecæ extrajudicali adjecta est clausula,  
es soll der Creditor befugt seyn den Consensum judicia-  
lem ohne des debitoris ferneres Beyseyn und zuziehung  
aus zu würken/ instrumentum etiam desuper conjectum  
a debitore recognitum sit, ipse Creditor judicem de con-  
sensu suo in hypothecam constituendam implorare, &,  
quo actis publicis inseratur, impetrare potest, sicuti et-  
iam, si debitor petitionem consensus Magistratus pro-  
missam malitiose derrectet, judex ad petitionem Cred-  
itoris consensus suum interponere & hypothecam  
actis publicis inserere potest. *Martini ad Ord. Jud. Sax.*  
*Tit. 46. §. 2. n. 6. Brunnen. de Concurs. Cred. C. 1. §. 43.* mo-  
do debitori per rem judicatam sub comminatione bey  
der Verwarnung/ daß in ferner Unterbleibung der Con-  
sens den Gläubiger auf sein Ansuchen erscheilet werden  
solle / petatio consensus injuncta sit, debitor vero ad-  
huc impetrationem ad præcedentem Citationem de-  
rectet.

### S. XI.

Neque tamen requiritur, ut judicis consensus stratus de-  
petens hoc in ipso loco judicij aut præsens faciat, sicut *consentia*  
*etiam impetratio-*

*do debeat etiam nec hoc reqiritur, ut iudex, cum de consensu suo  
implora-  
rit imploratur, in loco judicij sit constitutus, & pro Tribu-  
nali sedeat. Carpz. P. 2. Conſt. 23. Def. 21. refertur enim  
consensus in oppignorationem bonorum ad actus vo-  
luntariae jurisdictionis Coler. de Proc. Execut. P. 1. Cap. 10.  
n. 201. Mev. ad Jus Lubec. Lib. 3. Tit. 4. Art. 1. n. 29. cui non  
obstat, quod hypothecæ confirmatio requirat causæ  
cognitionem, ne scilicet pluribus simul fraudulose res  
obligetur Gail. L. 2. Obs. 25. n. 10. cum & alijs actus voluntariae  
jurisdictionis dantur, in quibus itidem causæ cognitio  
necessaria est, ut puta arrogatio præsertim impuberis  
ferri possit L. 2. C. L. 15. §. 1. L. 17. seqq. ff. de ad ope. manutentio a  
min. 20. annis facienda §. 4. ff. ex quibus causis manu  
miss. L. unic. §. fin. de officio Consulis it. alienatio prædiorum  
minoris L. 1. ff. de Robus eorum, qui sub tutela, eman-  
cipatio filii arrogati impuberis &c. §. 3. f. de adopt. Donell  
noratur L. 17. Comm. C. 8. atque adeo mirari subit, quod Carpzovius  
Carpzovi-  
us. sibi ipsi non constet, dum oppignorationem bonorum  
modo inter actus voluntariae modo inter contentiosæ  
jurisdictionis L. 4. Resp. 31. n. 21. referat, quem ta-  
mem errorem etiam Berlichius P. 2. Dec. 187. n. 11. C. 13.  
errat. Cum itaque hypothecæ Constitutio inter actus  
voluntariae jurisdictionis optimo jure refertur, fluit exin-  
de, quod iudex etiam extra judicialiter de suo consensu  
impertiendo non solum oretenus, sed & in literis durch  
de con-  
fessum. Ansuchen adiri & sic consensum dare possit, mo-  
do curet, quo actis judicialibus den Consens Buche/hae-  
endo im-  
plorari  
potest.  
numaniss-  
sa relatio  
hypotheca  
ad Aelia  
publica*

feratur, quenquam hoc ultimum hypothecam impetranti,  
si neglectum fuerit, ceu factum tertii præjudicare ne-  
queat, sed iudex, si alii exinde laesi sint, illis ad Interesse  
tenetur. Multo itaque magis actus hic coram solo ju-  
dice remotis ceteris personis judicialibus in judicio ex-  
pediri

pediri potest, cum, uti *Dn. Bergcrus P. 1. Resp. 71.* præjudi- *ins Cons-*  
cio quodam Facultatis Juridicæ Wittebergensis confir- *sens Buch*  
mat, actus voluntariae jurisdictionis ita valide celebrari *viuet by-*  
*pothecam*  
possunt.

S. XII.

Quamvis vero per antea deducta confirmatio hy-  
pothecæ & consensus in eandem a judice dandus inter  
actus voluntariae jurisdictionis debeant referri, horum  
vero actuum natura in eo consistat, ut coram quocon-  
que judice sive ratione contrahentium vel rerum, de qui-  
bus negotiorum celebratur, sit competens sive non, expe- *Solutus ju-*  
diri possint. *L. 2. ff. de Offic. Procons. ubi Dd. §. 2. J. de Li-*  
*dex sub*  
*bartin. L. 36. §. 1. ff. de adopt. L. 17. §. 1. ff. de Manumiss. vind.* *cujus ju-*  
nihilominus tamen cum supra *in §. 8.* a nobis jam jam de *risdictione*  
ductum est, quod impetratio consensus quoad *Constitu-*  
tutionem hypothecæ in bonis immobilibus hac de causa *bona im-*  
in Saxonia nostra requiratur, ut & Creditores & qui rem *mobilia se-*  
immobilem acquirere cupiunt, eo securiores redderen- *ta sunt in*  
tur, hic finis autem non ita facile obtineri posset, si cui- *hypothec-*  
libet Magistratui facultas esset concessa, quo in consti- *cam con-*  
tutionem hypothecæ consentire valeret, optimo con-  
silio est constitutum, ut a nullo alio Magistratu, quam *sentiare.*  
sub cuius jurisdictione bonum immobile hypothecæ  
subjiciendum immediate situm est, quique jurisdictione  
nem inferiorem habet. Die Unter- oder Erb-Gerichte *gatve ju-*  
consensus praescriptus obtainendus sit. Land-R. *L. 1. Art.* *ridictio-*  
*21. in pr. u. inwendig dem Gericht/ da das eigen in-*  
*nen lieget / ubi gloss. lat. lit. 6. Ord. Provinc. Sax. de anno* *nem infi-*  
*155. Tit. was zu Ober-Nieder oder Erb-Gerichts ge-* *riorum seu*  
*hörig vers. Pfändung Conf. Sax. Elect. 23. P. 2. Ord. Jud.* *bassam*  
*Sax. Tit. 46. §. 2. Sicut etiam si v. g. Nobilis duo prædia* *babet.*  
cum jurisdictione sibi concessa possideat, consensum su-  
um haud aliter quam ut dominus jurisdictionis istius præ-  
dii

*utrum*      *dii, sub qua bonum oppignorandum situm est, exhibere,*  
*Sculte-*      *potest. Neque tamen hic sufficit consensus judicis pa-*  
*tus pag-*      *gani, Sculteti sc. & Scabinorum, des Dorff Richters und*  
*nus cum*      *derer Schyppen / cum hi destituantur jurisdictione &*  
*suis seabi-*      *pro ministris, praeconibus atque executoribus sint haben-*  
*nis in hy-*      *di. Carpz. P. 2. Conſt. 7. Def. 2. & P. 3. Conſt. 3. Def. 21, un-*  
*pothecam*      *de aut a Domino jurisdictionis Dec. nov. 39. aut a Dire-*  
*consentire*      *etore judicii, quoties ipsi totalis jurisdictionis admini-*  
*possit?*      *stratio a Domino jurisdictionis commissa arg. Dec. nov. 73.*  
                *consensus debet impetrari.*

### S. XIII.

*Num suf-*      *Fluit exinde, quod nec superioris consensus in hy-*  
*fciat con-*      *pothecam quoad bona immobilia constituendam suffi-*  
*sensus su-*      *ciat, & quamvis Martini ad Ord. Jud. Sax. Tit. 46. §. 2.*  
*erioris.*      *n. 40. hanc sententiam variis limitationibus subjicere ve-*  
*an Su-*      *lit, non tamen omnes probare possumus. Concedimus*  
*rioris con-*      *quidem, quod adversus debitorem ipsum, ejusve here-*  
*sensus nul-*      *des consensus a superiore datus valeat, cum supra in §. 8.*  
*lum plane*      *a nobis sit deductum, quod & sola conventio sine inter-*  
*effectum*      *veniente consensu Magistratus hoc in casu sufficiat, con-*  
*babeat.*      *cedimus etiam porro, quod ejusmodi hypothecarius nu-*  
*notatur*      *dis chirographariis Concursu Creditorum forte existente*  
*Martini*      *sit praeferendus, cum vi Ord. Jud. Sax. Tit. 46. §. 3. etiam*  
                *hypotheca, quæ coram duabus vel tribus testibus con-*  
                *stituta, chirographariis Creditoribus sit praeferenda, at-*  
                *que adeo multo magis ista, quæ a superiore confirmata*  
                *est; Neque tamen in eo ipsius sententiam approbare pos-*  
                *sumus, quod & tunc superioris consensus sufficiat, quan-*  
                *do hypothecarius adversus tertium possessorem jus suum*  
                *deducere actionemve hypothecariam instituere cupit;*  
                *Quamvis enim pro tuenda sua sententia afferat, quod (1)*  
                *in oppignorandis rebus immobilibus autoritas Magistrat-*  
                *tus non tam ad solennitatem & existentiam hypothecæ*  
                *substan-*

substantialem, quam pro confirmatione pignoris adhibetur, hæc vero Magistrati superiori denegari nequeat, cum ab isto judex inferior suam potestatem obtinuerit, præterea etiam (2) confirmatio ac insinuatio pignoris sit actus voluntariae jurisdictionis atque adeo a quovis Magistratu expediri possit; Omnia tamen non ejus virtutis sunt, ut supra allatam sententiam sufficienter corroborare possint, primo enim falsissimum est, ac si ad hypothecam in rebus immobilibus constituendam, quod præjudicium tertii, de quo hic agitur, attinet, autoritas Magistratus non ad substantialia requiratur, cum hæc sententia expressis textibus juris Saxonici repugnet; Non solum enim in *Constitutione Elect. Sax. 23. P. 2 sed & in ipsa Ordinatione judiciali Saxonica Tit. 46. §. 2.* ejusmodi hypotheca, quæ consensu judiciali destituta est, quod tertii præjudicium attinet, pro nulla declaratur; Quoties vero requisitum quoddam sub poena nullitatis præscriptum est, non potest non istud pro essentiali haberi. Neque nos porro movet, quod judex inferior potestatem suam a superiori obtinuerit; exinde enim non sequitur, quod actus coram inferiore peragendi eadem validitate coram Superiori expediri possint; Quod enim attinet jurisdictionem eandemque patrimoniale a superiori inferioribus concessam, notum est, quod hæc jurisdictione inferioribus privative aut si mavis subordinate a superiori concessa intelligatur. *Dn. Berger in Suppl. ad Elect. Jurisprud. Criminal. P. 1. Obj. 4. p. ii. Dn. Horn. Clas. 2. Resp. 24. Ejusd. Jus Publicum Rom. Germ. Cap. 60. §. 9. Dn. Menck. Gymnas. Polem. Jur. Diff. feud. 2. tb. 2.* ut proinde nec a superiori in ejus exercitio, quivis turbari possit. Et quamquam circa jurisdictionem administratoriam majus dubium oriri possit, cum, ceu ostendit *Dn. Wernher. ad materiam de Jurisdictione in Compend. Lauterbaeb. verbis ad-*

ministratoriam, hæc jurisdictione revera aliena sit, ejusdene-  
ve nudum exercitium seu administrationem judex infer-  
ior habeat; nihil tamen secius & hic confirmationem  
superioris non sufficere exinde facillimo negotio apparet,  
cum, ut supra monitum, consensus judicis in oppigno-  
rationem bonorum immobilium hac de causa sit præscri-  
ptus, quo eo magis omnibus fraudibus atque deceptio-  
nibus ex hypotheca extrajudicialiter constituta, obviam  
iretur, ad quas tamen eo facilis occasio sepe præbere  
posset, si coram superiore æque ac inferiore quis hypo-  
thecam constituere, in eamve a superiore consensum im-  
petrare valeret. Neque enim in ampla & late patente  
Provincia superior judex tam exacte in memoria habet,  
quænam prædia ab inferiore Magistratu jam antea fue-  
rint hypothecata, imo nec isti, qui circa immobilia con-  
trahere cupiunt, in onera eorum tam commode in-  
quirere, sed facillime defraudari possunt. Sicuti deni-  
que nihil ad rem facit, quod constitutiones hypotheca-  
rum sint actus voluntariæ jurisdictionis, cum enim per  
deducta supra in §. 12. clara adsit sanctio juris nostri Sa-  
xonicæ, quod hypotheca, non nisi ex consensu judicis, sub  
cujus jurisdictione bonum immobile hypothecæ subji-  
ciendum situm est, valeat, per se patet, quod juri civili,  
quatenus actus voluntariæ jurisdictionis coram quocun-  
que judge expediri poterant, intuitu constitutionis hy-  
pothecæ derogatum sit. Quanquam adhuc dubitari pos-  
sunt actus sit, num ista dispositio juris civilis, qua actus voluntariæ  
jurisdictionis coram quocunque judge atque adeo extra  
territorium exerceri possunt, ad mores nostræ Germaniæ  
quisque commode applicari possint. Jure enim Romano & tem-  
pore Imperatoris Justiniani jurisdictione patrimonialis erat  
incognita, cum eo tempore omnes Magistratus admini-  
stratoria solummodo gauderent, atque adeo in nullius  
præju-

præjudicium permisum voluntariæ jurisdictionis exercitium in alieno magistratum inferiorum territorio vergeret, sed summae potestati plenisima dispositio hic fuerit reservata. *Vid. Bachovius ad P. 1. ff. Tit. de adopt. Cap. de Communibus utriusq. specie n. 17. in fin.* Ait jurisdiction in Germania nostra hodie plerumque patrimonialis est, & cum certo territorii districtu vel fundo, vel etiam sine re in certum territorium, districtum vel fundum per infeudationem vel aliam concessionem ita acquisita est, ut ne a concedente quidem Cessionarius in exercitio jurisdictionis impediri possit. *Berlich. P. 1. Concl. 2. Carpz. L. 1. Resp. 11.* Unde multo minus ab alio judice inferiore, quippe qui extra territorium pro privato habetur arg. *L. fin. ff. de jurisd. ubi Dd. L. 3. ff. de Offic. Pref. Urb.* in jure suo & jurisdictionis exercitio turbari deber, quam turbarationem exercitium jurisdictionis voluntariæ in territorio alieno præ se ferre videtur. *arg. d. LL. Gail. de Pace Publ. Cap. 16. n. 27. Mev. P. 4. Dec. 175.* præprimis obemolementum Sportularum, quæ hunc in modum judici ordinario detrahuntur.

#### §. XIV.

Quod si vero iudex de impertiendo consensu rite fuerit imploratus istam absque justa & sufficiente causa denegare nequit. *Carpz. P. 2. Conf. 23. Def. 23. n. 1. Philippi ad Dec. Sax. nov. 31. Obf. 1. n. 2.* quæ causa, licet ita accurate determinari nequeant, sed judicis arbitrium multum hoc faciat, nihilominus ad istas. *Martini ad Ord. Jud. Sax. Tit. 46. §. 2. n. 46. seqq.* recte refert, si aut debitor notorie sit prodigus, aut fraus subsit, quod bona ad ex-solvenda debita non sufficient, aut constituens potestate oppignorandi destituatur. Quod si vero magistratus iustum recusandi causam habeat, nihilo tamen secius hypothecam confirmet, in eamque consentiat, v. g. si pluribus

Judex  
num con-  
sensum su-  
um dene-  
gare possit?

*Urum ju-* ribus Creditoribus consensu p̄stet circa ejusmodi rem,  
*dex, qui* quæad solutionem omnium haud sufficit; merito disqui-  
*suo consen-* ritur, num hoc in casu posterioribus, qui solutionem im-  
*su alios le-* petrare nequeunt, ad Interesse teneatur? regulariter hoc  
*dit, ad In-* negandum esse judicamus, cum nullibi in Jure Saxonico  
*tereſſe re-* aut Provinciali dispositum reperitur, quod Magistratus  
*neatur?*

*Negatur* super oppignoratione imploratus, de anteriore vero hy-  
regulari- potheca & sufficientia bonorum non quæsusit, proprio  
ter.

*Carpz. P. 2. Conſt. 23. Def. 26. n. 10.* potius intentio Sere-  
niſimi Legiſlatoris, ut hypotheca in bonis immobiſibus  
non aliter quam ſub impetrato conſenſu Magiſtratus, ſub  
cujus iuriſdiſtione bona ſita ſunt, valida ſit, eo tendit,  
ut posteriores Creditores, aut qui de re immobili contra-  
here cupiunt, eo melius in conditionem rei, quibus oneri-  
bus ſit affecta, inquirere poſſint, quod ſi hoc negligant,  
culpam, quod ſuo danno ſentiuſt, ſentire non viden-  
*Limiſtatur.* Secus vero ſe res habet, ſi facto Magiſtratus propin-  
quiore tertius laſſus fuerit, tunc ſc. quoties Magiſtratus  
aut conſenſum anterioribus hypothecis appoſitum actis,  
publicis iuſtiuſiū non curayerit, aut interrogatus onera  
iuhærentia celaverit, aut denique bona oppignoranda  
idonea nec alijs obligata affirmaverit. *Rauhban. P. 1. qu.*

*Num clau 24. n. 29. Moller. L. 1. Semeſtr. Cap. 21.* hiſ enim in caſibus  
ſula: Mir recte ad praſtationem intereffe tenetur, in tantum ut nec  
und mei liberetur quamvis clauſula conſenſui adjecerit. *Mir*  
nē Nach und meinen Nachkommen ohne Schaden / tam quia hoc  
Eminenoh vergit in fraudem tertii & hæcce protestatio actui con-  
ne Schwa traria atque adeo inutilis exiſtit *Gail. L. 1. Obj. 73. n. 7. Et*  
Den/ a pra- *L. 2. Obj. 101. n. 2. tam quia ſic judeſ una quaſi manu con-*  
ſatione *Interesse* *clauſula ſalvo jure noſtro respicit potiſſimum ea, quæ a*  
liberet? *48. n. 32. Heig. P. 2. Qu. 20. n. 12. Et 15. tam denique quia*  
*jure*

jure superioritatis dependent. Berlich. P. 2. Concl. 29. n. 48.  
Schilter. ad ff. Exerc. 37. th. 200.

§. XV.

An vero ipse dominus jurisdictionis propria in causa  
sa consentire posse in constitutionem hypothecæ quoad bona sub sua jurisdictione sita non incongrue hic disqui-  
ritur? Casus hic ante omnia separandos esse judicamus, num aut ipsi domino jurisdictionis in bonis aliis sub sua jurisdictione sitis hypotheca constituenda sit, aut ille ipse quoad propria bona sub sua jurisdictione sita aliis hypothecam constituere velit? Priori in casu eo facilius Magistrati concedi potest; ut hypothecam sibi constituendam suo consensu corroboret, cum ut supra jam deductum, constitutio hypothecæ inter actus voluntariæ jurisdictionis refertur, qualia negotia etiam propria iudex apud se suis. expedire potest, arg. L. 2. ff. de Offic. Pref. L. 2. ff. de Offic. Presid. L. un. §. 2. ff. de Off. Cons. L. 3. & 4. ff. de adopt. & quamvis enim jure nostro Saxonico insinuatio hypothecæ apud judicem ejusve consensu impetratio ideo exigatur, ne res una pluribus fraudulenter obligetur, atque defraudationes malitiosorum debitorum eo magis impedianter. P. 2. Conf. 23. Gail. L. 2. Obs. 25. n. 10. hoc tamen ipsum ex iudicio Dn. Berg. ri Diff. de Potestate personæ publ. in se ipsam th. 30. non minus, majus potius præcavetur, si ipsius iudicis ejusdemve Creditoris Actis hypotheca inscribatur, quam si extranei Magistratq; consensu interveniente bona debitoris hypothecæ supponantur. Judex enim sui pignoris citius recordabitur, quam alieni, & ita quoque citius de pignore suo, quam alieno, Creditores certiores faciet, præsertim cum & ejus intersit, ut in pignore non tam posterior, quam solus inventiatur. L. 2. C. de pignor. L. 6. C. qui pot. in pignor. Sicuti etiam nec obstat, quod consensus in hypothecam non nisi cum causæ cognitione præstari debeat;

debeat; Cum enim hæc causæ cognitio sese ulterius non extendat, quam ut judex secum perpendat, an constituens sufficientem oppignorandi potestatem habeat nec ne? it, num antea bona jam alii sint oppignorata & ad exsolvenda debita sufficient nec ne? non potest non præsumi, quod iterum Māistratus hic in ejusmodi negotio, quod in ipsis commodum & utilitatem tendit majori diligencia quam alius sit inquisiturus. Quod si vero hoc neglegat, nec inde laetus præsumitur, damnum enim quod quis sua culpa sentit sentire non videtur.

S. XVI.

*Negatur,* Posteriorem casum quod attinet utrum Magistratus si Magistratus seu Dominus jurisdictionis in bonis propriis sub sua jurisdictione sitis, Creditori suo hypothecam constituere Creditori & consensum desuper sibi met ipsi impetriri valeat? Magistratus dubia occurruunt: Si enim ipsi debitori confirmationis pignoris concedatur, periculum resultat, ne sic Creditor pecunia v. g. mutuo data a debitore defraudetur, cum nunquam non debitor, quo facilius pecuniam consequatur, bona sua, quantumvis onere hypothecæ jam satis superque gravata novo pignori sufficientia depradicando, subsequentes Creditores decipere possit, hinc & olim, ceu patet ex Carpz. L. 4. T. 4. R. 31. n. 11. seqq. supra allata quæstio inter ipsa Collegia Juridica puta Facultatem & Scabinatum Lipsiensem admodum vexata fuit, ita, ut, licet in Facultate sententia affirmans, in Scabinatu tamen negans obtinuerit; Sicuti vero hic dissensus est sopperitus per Dec. Sax. nov. 38. ita ex hac decisione distinguimus, utrum ejusmodi oppignoratio coram solo Domino jurisdictionis celebrata in eamve ab ipso domino jurisdictionis consensus datus, an vero coram actuario judicij & constitutis Scabinis hypotheca insinuata & ab Actuario actis publicis inscripta fuerit? Eo in casu constitutio, quod attinet

attinet præjudicium tertii, nullius est momenti, bene ta-  
men valet posteriori in casu, cum hoc in casu, quo Domi- *Limitatio.*  
nus jurisdictionis illos, per quos judicium exercere solet  
& publicum juratumque Actuarium adhibet nec non  
propriis Actis oppignorationem bonorum suorum fide-  
liter inscribi curat, metus defraudationis facile cesseret,  
atque sic futuris creditoribus, in anteriores hypothecas  
inquirentibus, satis de hypotheca jam antea constituta  
constare possit, utrum res oppignoranda aliisjam jam fuer-  
it obligata nec ne *conf.* *Philippi ad Dec. Elect. Sax. 38. Obs. 1.*  
*addi meretur Mevius ad Jus Lubec. L. 3. Tit. 4. Art. 1. n. 31.*  
ubi monet, quod & Senatus res civitatis coram se ipso ju-  
ste oppignorare possit.

### §. XVII.

Contingit interdum, ut in Instrumento super contra-  
etu confecto hypotheca constituatur & hoc Instrumentum *io Instru-*  
*menti, in* sub cuius jurisdictione bonum hypothecæ subje-  
ctum situm ad confirmationem offeratur; Quæritur an *quo hypo-*  
*ex simplici confirmatione Contractus & desuper confe-*  
*menti, in* Instrumenti hypotheca in eodem constituta in præ-  
judicium tertii valeat? Licet vero hæc quæstio exinde *suppletur*  
neganda videatur, quod aliud sit confirmatio Contractus  
& Instrumenti desuper confecti, aliud vero consensus in  
hypothecam simul constitutam *Dn. Berger. in Suppl. ad*  
*Elect. Discept. For. P. 2. p. 957. Dn. Lyncker P. 2. Dec. 683.* ju-  
dex etiam non nisi imploratus consensum suum in hy-  
pothecam constitutam impertiri debeat, per ea quæ de-  
ducta supra *in s. 12.* Quoniam tamen omnia contra-  
etus capitula in eorumque numero etiam hypothecæ  
constitutionem magistrat⁹ confirmasse censem⁹, & ad col-  
legendum consensum quodlibet factum approbativum  
sufficit. *Brunnem. Conf. 75. n. 24.* judex denique sub peti-  
ta Contractus confirmatione & de consensu suo in hy-  
pothe-

pothecæ constitutionem impertiendo tacite implora-  
tus videtur, taciti vero & conjecturati eadem fere vis cum  
expresso esse solet Barbos thesaur. Locor. commun. Lib. 18.  
Cap. 2. Axion. 3. hinc & supra allatam quæstionem affir-  
màndam esse judicamus. Dn. Berger. c. 4. p. 965. Dn. Wern-  
her P. 2. Obs. 467.

### §. XIIX.

*Consensus  
ad tempus  
datu quen-  
tum effectum  
babeat?*

Solet interdum ad certum saltem tempus puta bi-  
ennium, triennium consensus in hypothecam imper-  
tiri, unde quæritur, num tempore clatio consensus ita  
præstitus & per consequens hypotheca quatenus in præ-  
judiciu[m] tertii sese extendit, extingvatur? Olim quidem  
hæc quæstio inter Doctores imo etiam ipsa Collegia  
Saxonica maxime controversa fuit, negativam defende-  
bat Facultas Juridica Lipsiensis, quam etiam approbat  
Finckelthaus Append. Obs. 7. cui adhæret Richter de Privileg.  
Creditor. C. 4. Sect. 2. n. 11. & 12. potissimum ex ea ratione  
quod tempus non sit modus tollendæ vel mutandæ ob-  
ligationis L. 44. §. 1. ff. de Obligat & Act. L. 55. de Legat. i.  
cum e contra affirmativa sententia in Scabinatu Lipsiensi  
erat recepta, quam etiam defendebant Carpzov. P. 2.  
Confit. 23. Def. 24. Rauchbar. P. 2. Qu. 23. Struvius in  
Syntagm. Jur. Feud. Cap. 14. tb. 23. n. 5. ex ea potissimum  
causa, quod limitata causa limitatum effectum producat,  
neque hic agatur de ipsa obligatione debiti, sed de  
consensu Domini auferendo, ob cuius defectum plenis-  
simus hypotheca effectus cessare debet, unde quamvis  
per subtilitatem Juris Civilis tempus non inducat, nec  
tollat obligationem, pariat tamen exceptionem L. 4. §.  
sed tamen si hoc ff. de servit. scienti & tempus tollat obli-  
gationem, si in hunc finem adjectum sit L. 42. ff. de V.O.  
quod enim permisum est ad tempus, post tempus pro-  
hibi.

hibitum censetur. L. II. §. Stichum L. 34. §. ult. ff. de Legat. 2. L. 38. §. 3. ff. de Legat. Ast & hic dissensus Doctorum Collegiorumve sopus est a Serenissimo Legislatore Saxonico Divo Johanne Georgio II. pia memoriam per Dec. nov. 31. in qua Carpzovii & Scabinatus Lipsiensis sententia in tantum approbata legitur, ut consensus ad certum tempus in hypothecam praestitus, tempore illo elapso, maxime si clausula cassatoria addita, expiret, nisi prorogatio quedam facta sit, quae & ex conjecturis colligi possit, præprimis exinde, si clausula reservatoria adiecta sit, ut sc. finito tempore, aut sibi ipsi domino, aut debitori, vel cui hoc permisserit ille, liberum esse debeat rem oppignoratam reluere; Quamdiu enim relutio non facta, tamdiu consensus Domini durat. Philippi ad dict.

Dec. 31. Obs. 2.

### §. XIX.

Descendimus nunc ad requisita constituenda hypo-  
hecae in bonis immobilibus aliis Contractibus commu-  
nia, ubi notamus, quod præter consensum contrahen-  
tium, qui in omnibus contractibus adesse debet,  
præprimis ista, quae ad alienationem bonorum immobi-  
lium sint necessaria, etiam ad eorundem oppignoratio-  
nem requirantur, non ac si oppignoratio sit species  
alienationis, quod falsissimum est, ita ut Schilterus Exerc.  
ad ff. 33. §. 4. seqq. pluribus ostendat, quod nec jure Saxo-  
num per oppignorationem Dominium Rei oppignoratae  
transferatur in Creditorem, sed quia per oppignoratio-  
nem divenitur ad alienationem conf. L. 9. §. 1. ff. de pignor.  
Et ff. C. si alien. res pign. dat. sit, unde etiam flunt tria illustratur  
ista axioma, quae a Dn. Beyero in 1. Posit. ad ff. Tit de tribus  
pign. Et hypothec. th. 19. 20. Et 21. sunt allata: quicunque sc. axiomatici  
non potest alienare, ille nec potest oppignorare, porro: bus.  
quæcumque res non potest alienari, ista nec potest op-

D

pigno-

Requisita  
hypothecæ  
aliis Con-  
tractibus  
communia  
Regula

pignorari, & denique : quæ in alienatione sunt necessaria, ea requiruntur etiam in oppignoratione, Secundam quas regulas requisita ulteriora oppignorationis bonorum immobilium pertractare & examinare constituimus.

S. XX.

*nun libera  
bonorum  
suorum  
admini-  
stratione  
destituti  
hypothec-  
cam con-  
stituere  
possint?*

*quo usque  
iupuberes  
& mino-  
rennes hy-  
porbecam  
constitue-  
re possint?*

Cum itaque secundum primam in §. antecedenti al latam regulam isti, qui alienare nequeant, neque etiam bona sua oppignorare possint, fluit exinde, quod omnes, qui libera bonorum suorum administratione destituti sunt atque adeo secundum distinctionem Grotii L. 2. Cap. 5. n. 2. de Jure Belli & Pac. dominium habent in utrius ei non in genere, per se bona sua, præsertim immobilia, haud valide oppignorare possint.

S. XXI.

Pertinent huc præprimitis impuberes ac minorennes, quibus, cum ob lubricam ætatem rebus suis sufficenter præesse nequeant, in tantum rerum suarum administratio est restricta, ut sine Tutoris & Curatoris autoritate & Consensu nihil, quod in corundem præjudicium vergere possit, suscipere valeant; ex quo fluit, quod absque autoritate & consensu Tutorum & Curatorum neque bona sua alienare, imo nec oppignorare possint, & quamvis jure Civili, quod attinet minorennes, illis administratio bonorum suorum libera tunc sit permissa, si nullum Curatorem constitutum habeant, cum juxta sancta juris Civilis inviti adolescentes Curatorem non accipient §. 2. J. de Curatoribus hoc tamen ad alienaciones bonorum immobilium extendi nequit, cum nec iure civili absque cause cognitione & insecuto judicis decreto alienatio bonorum minorennis immobilium subsistat, minorennis vero nec in judicio sine Curatore comparere possit d. §. 2. J. de Curat. multo vero minus in terris nostris

nostris, imo nec in toto nostro Imperio Germanico mi-  
niores bona sua immobilia sine consensu Curatorum op-  
pignorare possunt, cum non solum per universalem con-  
suetudinem Germaniae, sed & Ord. Pol. de anno 1577. Tit.  
23. §. so wollen minorennes etiam inviti Curatores acci-  
pere jubentur, quamvis, quod incidenter hic notandum,  
minor nihilo securius sibi adhuc hodie Curatorem elige-  
re possit, qui & ipsa Magistratu confirmari debeat, at-  
que in eo adhuc hodie valeat istud Brocardicum, quod  
invitis adolescentibus Curator haud obtrudatur vid. Dn.  
Wernher. P. I. Obs. 199.

### §. XXII.

Pertinent etiam huc furiosi & mente capti, quip-  
pe qui ob defectum judicij nihil firmiter agere & rebus menteca-  
suis nequaquam superersse possunt, sed illis Curator con-  
stituendus, qui bona eorundem administret & in Con-  
tractibus imbecille judicium suppleat. §. 4. J. de Curat quomodo  
unde & eorundem loco Curator ex eorum utilitate hy-  
pothecam constituere debet, quamvis quoad furiosos  
distingvendum sit, utrum dilucida intervalla habeant,  
nec ne? eo enim in casu, sicut tempore intervalli omnia  
per se valide expedire possunt, ita nil impedit, quo mi-  
nus eo tempore bona sua hypothecae recte subjicere pos-  
sint; Quod quidem ad mente captos applicari nequit,  
cum in his defectis perpetuus & continuus sine inter-  
vallis esse soleat Harpr. ad §. 3. & 4. de Cur. n. 4. Huber. ibid.  
§. 7. Ast si furiosi, qui dilucida intervalla haber, hy-  
pothecam constituerit, dubium vero existat, num con-  
stitutio tempore furoris vel intervalli facta sit, quæri-  
tur cui, imcumbat probatio? monet quidem Fabric. ad  
Mynsing. Cent. 2. Obs. 41. quod hoc in casu Doctores in  
duas partes divisi sint, quorum alii statuant actum a fu-  
rioso dilucida intervalla habente tempore furoris ge-

stum præsumi, cum e contra alii, quoniam sanx mentis  
præsumptio naturæ conformis sit; hanc illa fortiorē  
judicent. Nobis vero per placet distinctio a Fabricio c.l.  
prolata, utrum ex actu suscepto indicium deficientis ju-  
dicii colligi possit, an non? eo in casu præsumendum  
hypothecam in furore constitutam esse, non vero in hoc;  
quainvis in dubio hypothecam tempore intervalli consti-  
tutam esse, non incongrue colligi possit.

### §. XXIII.

*quomodo* Ad furiosos proxime accedunt Prodigii, non qui-  
*prodigis?* dem moraliter, sed juridice tales, i.e. quibus propter  
enormem & petulanter bonorum suorum profusionem,  
præviae causæ cognitione & subsecuta Magistratus decla-  
ratiōne, bonorum administratio est adēta. *L. 1. pr.*  
*L. 10. pr. ff. de curat. ff. qui testam. fac. poss. cum enim &*  
his non minus ac furiosis Curatores constituuntur, ne  
quoad bona sua furiosum exitum faciant. *L. 12. in fin. ff.*  
*de Curat. & Tut. per se fluit, quod propria auctoritate*  
hypothecam validam in bonis suis, præprimis immobili-  
bus, constituere nequeant.

### §. XXIV.

*an & quo-* Pertinent etiam huc quodammodo fœminæ Maj-  
*modo fa-* rennes; Quanquam enim Jure civili adepta majorenna-  
*minis ma-* te, sicuti masculi a Cura liberentur & liberam bonorum  
*jorennibus* administrationem habeant, atque adeo, si pro se & debi-  
*eiusmodi* tis propriis, aliis hypothecam in bonis suis constituere ve-  
*facultas* lint, nil impedit, quo minus ex solius fœminæ arbi-  
*competat?* trio subsistat, in tantum, ut si illis in locis, ubi jus com-  
*1) Jure* mune obtinet, hypotheca constituta sit, ex sola fœminæ  
*civili* majorennis voluntate, etiam eo in loco valeat, ubi fœ-  
*a) pro de-* minæ aut Curatoris Consensu, aut' aliis requisitis opus  
*biris pro* habeant *Dn. Berger Suppl. ad Elect. Disc. For. P. 1. p. 124.*  
*priis.*

Aft

Ait si pro aliis hypothecam fœminæ majorennæ in bo- 9) pro  
nis suis constituere velint, hoc regulariter non procedit, *alienis*  
cum Senatus Consultum Vellejanum privilegium tribuat  
fœminis pro alio intercedentibus, ne efficaciter exinde  
teneantur, L. 2. §. 1. ff. ad SCtum Vellejanum in tantum,  
ut si extra judicium vel sine testibus pro aliis interce-  
dant, sint ipso jure tutæ, si vero coram judice aut tribus  
testibus vel in Instrumento Publico hoc faciant, *stricto*  
quidem jure teneantur, sed postmodum actione con-  
ventæ exceptione SCti Vellejani se se tueri possint. L. 23.  
§. ult. C. ad SCtum Vellejanum Dn. Berg. Oeon. Jur. L. 3.  
Tit. 3 tb. 8. Not. 1. & quamvis ab initio hoc solum inter-  
dictum erat, ne fœminæ pro viris tantum intercederent,  
postea tamen in tantum fœminis prospectum fuit, ne  
pro ulla intercedere valeant. L. 1. pr. L. 2. pr. & §. 1. seqq.  
ad SCtum Vellejanum. Bechmann. de privileg. mulier. tb. 16.  
Toties autem intercedere dicitur fœmina, quoties aut  
personam, aut bona sua, quo pertinet hypotheca con-  
stitutio, pro aliis obligat. D. Beyer. Pos. ad ff. Tit. ad  
SCtum Vellejanum. Tb. 3.

### §. XXV.

Sicuti vero privilegium Scti Vellejani sèpius intui- quando  
tu fœminarum pro aliis aut personam, aut bona sua obli- pro aliis  
gantium cessat, ut 12. casibus hoc illustrat Dn. Beyerus sine SCt  
C. l. tb. 6. seqq. ita quo & iis in casibus hypotheca a fœ- Vellejan  
mina constituta valeat, nulli dubitamus. De renuncia- renuncia-  
tione, num secundum Dispositionem Juris Romani pro- zione by-  
cedat, varii Doctores dissentunt? Vid. Salis Sicil. Jur. porbecam  
Civ. ad L. ult. b. t. Berlich. P. 2. Conclus. 19. n. 14. seqq. Wissen- in immobi-  
bach. ad Tit. de Sct. Vellei tb. 16. Colleg. Jur. Argent. Cod. th. situere  
§. n. 15. Lecurw. Cens. For. P. 1. L. 4. C. 17. n. 4. Sicuti vero possint?  
validitas hujus renunciationis etiam quoad sancta Juris Urum

*lejano va-* Romani ex arg. l. pen. C. de pac*t.* L. fin. pr. ff. ad sc*tum*  
*littere renun-* Vellei. Artb. matri*&* avia. C. quando mul. tut. Offic. defend*i*  
*ciare pos-* potest, ita eo certius secundum mores hodiernos proce-  
*sit?* dit, cum nihil frequentius hodie in foro contingat, quam  
ut ejusmodi renunciations pro validis judicentur; Inter-  
quomodo rim tamen certum est, quod nec ejusmodi renunciations  
renunci- aliter valeant, quam si foemina ante renunciationem su-  
atio va- sceptam de natura hujus privilegii, & quid sub renun-  
tiatione perdat, satis edocta & certiorata fuerit, cum ju-  
ri, quod ignorat, nemo renunciare dicatur L. 9. §. ult. ff.  
de transact*t.* L. 19. ff. de in offic. testam. Cap. 16. X. de jurejur.  
& ignorans nihil faciat, prout inquit Paul de Castro in L.  
Servitutes ff. de servit. n. 11. Licet vero hanc certioratio-  
nem in judiciali renunciatione intervenisse eo facilius  
pr*æsumi* possit, cum, quæ in judicio fiunt, rite, solenni-  
ter & docenter facta judicentur, magis tamen in extra-  
judiciali renunciatione, licet coram Notario & testibu-  
suscepta fuerit, de illa dubitari potest, monente enim  
Hippol. de Marfil. in Tr. de fidei juss. n. 39. communiter con-  
tingit, imo & ipsa experientia, tanquam rerum magistra,  
docet, quod Notarii ut plurimum sint fratres ignorantia*&*  
& si reperiatur unus doctus, reperiantur viginti quinque  
ignari & in expertes, nullam beneficiorum renunciando-  
rum habentes notitiam, qui & haec de causa partem de eo,  
quod ipsi ignorant, certiorare nequeant.

*famine*

*maritatem*

*an & quo-*

*modo by-*

*porbecam*

*constituere*

*possint?*

*pro mari-*

*tis*

## §. XXVI.

Licet vero foeminae maritatem itidem jure civili pro  
aliis sub renunciatione privilegii Scti Vellejani fidem  
suam interponere & bona sua oppignorare valeant, pro  
maritis tamen facta intercessio aut bonorum oppignora-  
tio non subsistit. Cum enim facilius vanis persuasiōni-  
bus ab iis, quibus reverentiam & affectionem debent,  
seduci

seduci possint, quam ab aliis L. 14. S. 1. ff. sol. matrim.  
L. 1. S. cum autem C. de R. U. A. Hinc non sine ratione  
a Justiniano Imperatore constitutum est, ut toties, quo-  
ties uxor pro marito intercesserit, perinde habeatur, ac  
si nulla plane intercessio facta fuerit. Nov. 134. Cap. 8.  
Auth. si qua mulier C. de rei uxoria act. quod in tantum  
procedebat, ut nec subsisteret, licet post biennium au-  
millies ejusmodi intercessio repetita fuerit, cum perpe-  
tua blanditiarum & authoritatis maritalis vel metus in-  
cussi presumtio adsit. Vid. Raubbar. P. 1. Qu. 34. n. 11.  
Berlich. P. 2. Concl. 19. n. 57. Sicuti nec valebat, licet pro  
mariti debitis publicis, sc. fiscalibus facta fuerit Rittershus.  
ad Nov. P. 2. Cap. 4. n. 17. Surd. Conf. 367. n. 6. Plures am-  
pliations, ut & limitationes habet Beckmann. de Privile-  
giis mulierum th. 16. & 17. quas hoc exscribere nolumus.

### S. XXVII.

Utrum vero pro mariti jam jam demortui debitibus <sup>num pro</sup>  
uxor bona sua valide oppignorare possit? Inter Docto- <sup>debitis</sup>  
res disquiritur. Carpz. equidem in Tract. de jure foemina- <sup>mariti</sup>  
rum singulare Decad. 4. Posit. 4. n. 15. seqq. hoc affirmat, <sup>jam de-</sup>  
cum e contra Mevius P. 7. Dec. 129. seqq. sicuti & Struvius Dec.  
Sabb. 27. Cap. 14. hoc negent. Nos cum Dn. Beyer. in Posit.  
ad ff. Tit. ad Scđum Vellejanum th. 18. lit. d. medianam viam  
probamus, ita, ut respiciendum sit, num vidua statim post  
mortem mariti & quamdiu recente luctu adhuc oppres-  
sa est, an vero, postquam dolor deferuit, bona sua pro  
debitis mariti hypothecæ subjicere cupiat, cum eo qui-  
dem in casu ratio prohibitæ intercessionis adhuc præsu-  
mi possit, non aque vero posteriori in casu.

### S. XXIX.

Secus autem se fere res habet cum oppignoratione bo- <sup>2) Jure</sup>  
norum immobiliarum in Saxoniam a foeminis suscipienda, <sup>Saxonico</sup>  
cum

cum enim Jure Saxonico foeminæ etiam majorennæ in  
perpetua cura sunt constitutæ, hinc neque soluta sive pro-  
se, sive pro aliis bona sua immobilia aliter oppignorare pos-  
sunt, quam accedente Consensu Curatorum & si pro aliis  
intercedant, simul instituta renunciatione Scti Vellejani,  
quamvis ibidem excienda sit foemina mercatrix, quo  
nomine tamen illa tantummodo intelligenda est, quæ  
proprio nomine mercatur, die ihre eigene Handlung trei-  
bet, non quæ mercatori nupta est Dn. Berger. Elect. Proc.  
Execut. tb. 50. licet marito in vendendis mercibus assistat  
in taberna, wenn sie mit ihm in dem Gewölbe steht / und  
dem Manne die Effecten mit verkauffen hilft, nisi com-  
munem cum marito negotiationem exerceat. Dn. Berger.  
d. l. foeminæ enim mercatrices intuitu mercaturæ libere  
sine interveniente Curatore pacisci possunt. Conf. Elect.  
18. P. 2. infin. quod & de rebus immobilibus v. c. de con-  
stituenda in iisdem hypotheca in specie affirmant Carpz.  
ad dict. Conf. Def. 16. Idem de jure foemin. sing. Dec. 3. Pos. 4.  
n. 26. Dn. Berger. Oecon. jur. L. 1. Tit. 4. tb. 6. Not. 4.  
Cum e contra extra mercaturam foeminæ etiam merca-  
trices ad bonorum suorum immobilium oppignoratio-  
nem & Curatore & renunciatione Scti Vellejani, si pro  
aliis intercedant, opus habeant. Dn. Berger. P. 1. Resp. 182.  
it. illustri- Pari modo & foeminæ illustres, cum non egeant Curatore,  
bus. neque ipsis succurratur per Sctum Vellejanum, recte sine  
adhibito Curatore & neglecta renunciatione Scti Velle-  
jani bona sua oppignorare possunt. Ubi tamen per illu-  
stres ejusmodi foeminæ intelliguntur, quæ Regimen in  
subditos exercent & consiliarios constitutos habent, die  
eine Regierung haben / conf. Dn. Beyer. Pos. ad ff. Tit. ad  
plures li- Sctum Vellej. tb. 2. lit. a. Sicuti etiam denique constitutio  
mitationes hypothecæ sine Curatore legitima a foemina suscepta tunc  
subsistere videtur, si aut is, qui loco Curatoris interfuit,  
postea

postea a judice fœminæ ejusmodi Curator constitutus sit  
Dn. Berger. Elec. Proc. Execut. th. 18. p. 22. aut ad minimum,  
secundum usum fori, quando in præsentia, unius etiam,  
consanguinei oppignoratio facta. Dn. Berger. Elec. Diff.  
For. p. 306. vid. ejusd. Suppl. P. 1. p. 126. & P. 2. p. 293. aut de-  
nique, si ex post facto Curator accedat & consentiat. Dn.  
Horn. Clas. 4. Ref. 7.

### §. XXIX.

Maritatas fœminas in nostra Saxonia quod attinet, *fœmine*  
distinguendum est, num pro se, aut pro aliis, excepto ma- *maritatae*  
rito bona sua oppignorare velint, an pro marito? Eo in *quomodo*  
casu iterum videndum, num præter maritum Curatorem *in Saxonia*  
judicialem constitutum habeant, nec ne? Posteriori in *sua immo-*  
casu sufficit consensus mariti tanquam Curatoris connu- *bilia hypo-*  
bialis, als ehelichen Wormundes / Dec. Elec. nov. 24. per *theba affi-*  
quam Conf. Elec. 15. P. 2. explanatur conf. Dn. Berger. sim? *cere pos-*  
Oeon. Jur. p. 175. Priori in casu præter consensum ma- *si nullum*  
riti, etiam Curatoris constituti consensus est ad hibendum *Curato-*  
Dec. nov. 24. ita tamen ut test. Dn. Lynck. Dec. 1406. *rem judi-*  
& 1221. hic sufficiat sola mariti scientia sine contradic- *cialiter*  
tione; Quanquam in bonis receptiis, ubi uxor sibi soli ad- *constitu-*  
ministrationem & usumfructum, consentiente marito, re- *tum ba-*  
servavit Dn. Horn. Cl. 3. Ref. 3. nec mariti consensum, *bent si pe-*  
si alius uxori constitutus Curator consentiat, adhibendum *cularum* *Curato-*  
esse judicamus ex traditis Dn. Berger. Diff. de Discrim. bon. rem præter  
uxor. th. 37. seqq.

### §. XXX.

Quod si vero pro marito bona sua hypothecæ sub- *quomodo*  
jicare velit uxor, non solum peculiarem præter maritum *pro ma-*  
constitutum Curatorem adhibere; ejusdemve consensu *rito?*  
interveniente oppignorationem suscipere, sed & quoad *quoad bo-*  
bona dotalia, quo & referenda bona, quæ statim tempo- *na dotalia*  
re contracti matrimonii ab uxore illata sunt. Dn. Horn.

*Cl. 3. Ref. 26. Schilter. Exerc. 36. th. 81.* item donata propter nuptias & dotalitium, Scto Vellejanu nec non *Avt.* si qua mulier *C.* ad *SCium Vellejanum* coram judice præstito jurejurando corporali hæc formula: so wahr mir G-Ott helffe. *P. 2. Conf. 16. Dec. nov. Sax. 25.* renunciare debet, in tantum, ut nec sufficientia verba æquipollentia an Eydes statt / und bey dem Worte der ewigen Warheit. *Carpzov.* *P. 2. Conf. 16. Def. 6.* multo minus bey Fürstl. oder Gräfl. Ehren/ Treu und Glauben/ quamvis hæc formula inter personas illustres, generosas ac Nobiles consuetudine Germaniæ juramentis æquipollere dicatur. *Carpzov. d. 4.*  
*quoad bo-* *Def. 5.* Quod vero attinet bona paraphernalia, quo & na para- referenda est dimidia donorum nuptialium in Saxonia. *phernalia.* *Dn. Berger. de discrimine bonorum uxoris* th. 31. nec non *quoad bo-* *na rece-* *ptitia.* receptitia renunciatio simplex sine juramento sufficit, modo judicialis constituti Curatoris Consensus, cum maritus hic in propria causa author fieri non posit, adhibeatur.

### §. XXXI.

*Liberi in paria po-* De Liberis in patria potestate constitutis nunc dif-  
*testate constituuti num gau-* quiritur, num in bonis suis aliis hypothecam constituere  
*deant hy-* possint? quod quidem de jure Romano Veteri simpliciter negandum, cum testante *Dionys. Halicarnas.* L. 8. C. 91.  
*potbecca constitu-* apud Romanos, veteres sc. filiis nullæ erant posessiones  
*tione?* propria vivis parentibus; unde & ipse Justinianus §. 1. *J.* per quas personas cuique acquir. olim, inquit: quicquid ad eos pervenerat, hoc parentibus suis acquirebant, & quamvis peculium castrense excipiat, tamen & hæc exceptio est novioris instituti, ceu patet ex princ. *J.* quibus non est permitt. fac. test. conf. *Bachov.* in primam partem ff. Tit. 6. Lib. 1. p. 203. n. 9. & 10. Postquam vero jure noviori distin-  
ctio peculiorum introducta est §. 1. I. per quas personas cuique acquir. it. §. ult. I. de milit. testam. ita ut peculium castren-  
se

se & quasi castrense, nec non adventitium irregularē ple-  
no jure acquiratur filiis, L. 3. C. de castr. pecul. L. 6. in fin.  
pr. C. de bon. que lib. pr. J. quibus non est permis. fac. testam.  
Nov. 117. C. I. S. I. intantum, ut non solum inter vivos, sed &  
de Castrensi & quasi Castrensi per ultimam voluntatem  
pro lubitu disponere possint. L. 7. §. ult. ff. de donat. L. 2.  
L. 9. pr. L. 14. pr. ff. de Castr. pecul. L. 20. §. 2. ff. qui testam.  
fac. pos. L. ult. pr. C. de inoffic. testam. d. Nov. 117 Cap. 1.  
per se fluit, quod filiis am jure noviori, itemque hodierno,  
modo sint perfectæ ætatis, debitumque principale subsistat,  
neque infirmetur v. g. per SCum Macedonianum, aliis  
in bonis suis castrensis, it. in iis, quæ pertinent ad pe-  
culium adventitium irregularē, hypothecam validam et  
iam sine patris consensu Moller. L. 5. Semestrium Diff. 60. irregularē  
constituere possint. Quanquam quoad bona adventitia de adven-  
regularia, itemque profectitia ejusmodi plena potestas titio regu-  
intuitu constituendæ hypothecæ filiis familias assignari lari & pro-  
nequeat, cum in iis pater & usumfructum & administra- feccitio.  
tionem habeat H. C. de bon. matern. L. 1. L. 4. C. de bon. que  
liber. in his vero patri & proprietas & ususfructus compe-  
rat pr. I. quibus non est perm. fac. testam. §. I. I. per quas person.  
cuique acquir. unde & non, nisi consentiente patre ejus-  
modi bona oppignorare valent; Quamvis & solam pa-  
tris scientiam sine ejusdem contradictione his sufficere  
judicamus, cum tacens toties, quoties agitur de negotio  
passivo vel permissivo pro consentiente habeatur L. 16. ff.  
ad SCum Maced. Dn. Berger. ad Brun. Quest. ad ff. Tit. de  
pact. Qu. 22.

§. XXXII.

Sed an pater in bonis liberorum adventitiis, quæ ipsius  
administrationi subjectæ sunt, & ex quibus usumfructum  
percipit, hypothecam constituere possit? non incongrue  
quæritur? regulariter hoc negatur, cum pater, sicuti ejus-  
modi possit?

modi bona nec vendere, nec donare *L. 2. C. de bon. matern.*  
neque quocunque modo alienare *L. 1. C. de bon. matern.*  
*L. 4. C. de bonis que liber.* ita nec pignoris vel hypothecæ  
jure afficere valeat. *d. L. 4. & L. ult. §. 5. d. t.* in tantum,  
ut nec liberi exinde teneantur, quamvis parentum here-  
des sint facti *Dn. Lyncken. Dec. n. 6. Dn. Berger. Elec. Disc.*  
*far. Tit. 38. Obs. 3. & Not. scgg.* ubi & ad *L. 2. C. qui & advers.*  
*quos in integr. rest. non poss.* tanquam obstantem respon-  
det; Interim tamen ex necessitate & utilitate filii, sicuti  
res ejusdem, etiamsi filius adhuc minorenus sit, finere-  
quisitis ad alienationem bonorum immobilium mino-  
rennum necessariis. *Dn. Berger. Oecon. Jur. L. 1. T. 4. ib.*  
*et. p. 197.* alienare, ita & istas valide oppignorare potest  
per LL. cit. ita tamen, ut, si filius, illeque minorenus,  
ex-  
inde lœsus sit, ipsi beneficio restitutionis in integrum suc-  
curratur *Dn. Berger. c. 1.*

### §. XXXIII.

*Utrum debitor ob-  
ligato hypo-  
thecæ con-  
stitutio in  
bonis suis  
competit?*

De debitore obērato quæritur, num ipsi potestas con-  
stituendi hypothecam aliis in bonis suis competat? Quan-  
quam vero hæc potestas eo minus debitori deneganda sit,  
si sine fraude istam suscipiat, cum & debitor obēratus  
maneat dominus, atque adeo rerum suarum moderator &  
arbiter, unde & sine defraudatione Creditorum suorum  
quæ non ex solo debitoris consilio, sed & eventu judican-  
da est, bona sua plane alienare possit, magis tamen dubi-  
tari potest, num & ista hypotheca subsistat, quando de-  
bitor sciens se amplius non solvendo existere, nihil mi-  
nus nova debita contrahat, novisque Creditoribus desu-  
per in bonis suis hypothecam constituat? Cum enim hoc  
in fraudem aliorum Creditorum, præprimis personaliter  
privilegiatorum & Chirographariorum tendere videatur;  
alienatio vero in fraudem Creditorum facta, quamvis  
non remedio quodam civili, cum jure civili propriè sic  
dicto

dicto & hæc alienatio, excepta manumissione servorum in  
fraudem Creditorum facta pr. f. qui ex & quib⁹ caus. man. non  
poss. subsistat. Hopp. ad pr. & §. 6. f. de Aet. bene tamen Prae-  
torio, puta actione Pauliana rescindi possit, judicare quis  
posset, ac si idem de hypotheca ita constituta dicendum  
esset, præprimis cum alienatio & oppignoratio magnam  
affinitatem habeant, & per hanc ad istam deveniri possit;  
Quoniam tamen vera aliorum Creditorum defraudatio  
in Constitutione hypothecæ deficit, cum ejusmodi hypo-  
theca anterioribus hypothecis legitime constitutis sem-  
per postponatur, atque adeo exinde Creditores anterio-  
res minime lædi possint, Creditores vero personaliter pri-  
vilegiati & nudi chirographarii sibi metipis imputare de-  
beant, quod ita negligentes fuerint, neque justo tempo-  
re sibi de hypotheca perspexerint, vel eo tempore, ubi  
debitor facultatibus lapsus, arrestum imposuerint, per  
quam impositionem etiam prælationem obtinere potue-  
rint, atque adeo damnum sua culpa sentientes sentire  
haud videantur. L. 203. ff. de Reg. Jur. Cap. 86. de Reg. Jur.  
in 6to. neque damnificans, ut ita loqui liceat, teneatur,  
quando damnum habet admixtam culpam damnificati.  
Gravett. Conf. 119. n. 15. Conf. Argent. 1. Conf. 51. n. 50. hinc  
concludimus, hypothecam & a debitore obærato consti-  
tutam subsistere, neque a Creditoribus personaliter pri-  
vilegiatis, aut Chirographariis exinde, ac si in eorundem  
fraudem constituta sit, impugnari posse Dn. Berger. P. 1.  
Resp. 3. Brunnem. Cent. 4. Dec. 7. Quanquam facultas  
constituendi hypothecam debitori tamdiu solum com-  
petat, quamdiu isti libera bonorum suorum administra-  
tio per judicem non sit interdicta, quale interdictum per  
emissam Citationem in Concursibus Creditorum ad liqui-  
dandum factum intelligitur, cum enim vi §. 10. Resal.  
Gravam. de ao. 1661. Tit. von Justitiæ Sachen/ qua san-  
ctione

ctione refutatur opinio Carpzovii Det. 271. n. 18. seqq. statuens, arrestis locum esse, usque dum super prioritate pronuncietur, aut saltem in causa concludatur, emissa Citatione ad liquidandum, impositio & concessio arresti denegata est, non potest non etiam hoc ad constitutiones hypothecarum a debitore emissa hacce Citatione suscipienda extendi, sicuti etiam hoc de impositis arrestis quodammodo affirmari potest Dn. Berger. P. 2. Suppl. ad E. D. J. p. 842. modo arresti impositio debitori rite per judicem sit notificata Ord. Jud. Sax. Tit. 48. §. es wäre denn / ibique Zogl. in Not.

### §. XXXIV.

Utrumque Potest etiam Creditor pignoratius in re sibi pigno-  
dutor pig- ri data aliis hypothecam constituere L. 1. §. t.t. C. si pignus  
noratius pignori datum sit. ita tamen, ut plus juris hic in alterum  
alii in res- transferre non possit, quam ipse habet Brunnen. ad L. 1.  
bioppigno- C. d. t. unde nec hoc jus & hypotheca noviter constituta  
rata hypo- diutius durat, quam pignus primo constitutum. d. L. 1.  
thecam resoluto enim jure dantis, resolvitur etiam jus accipien-  
tis L. 31. ff. de pignor. L. 3. ff. quibus mod. pign. L. 69. §. pra-  
re posse? An & quo- dium ff. de Leg. 2. L. 7. ff. de Act. E. V. sicuti etiam hypo-  
modo jus theca alteri cedi potest, L. 13. §. 2. ff. de pign. L. 40. §. 2. ff.  
hypotheca de pign. act. Ord. Jud. Sax. Tit. 46. §. 7. v. so lassen wir ic. ic.  
alteri cedi Confl. Elect. de dato 1. Febr. a.o. 1614. Rubr. de Cessionibus. Dec.  
posse? Sax. nov. 40. v. so hat es allenthalsben / in tantum, ut  
nec novus Consensus Magistratus in cessionem obtineri  
debeat, quamvis hypotheca cessa rei immobili inhæreat,  
Ord. jud. Sax. d. l. Dec. nov. Sax. 28. Id quod etiam extra  
Electoratum Saxonum procedere judicam; Quamvis  
An extra enim & secundum Jus Saxonum commune. Landrecht.  
Electoratu L. 1. Art. 8. constitutio hypothecæ in bonis immobilibus  
Sax. hypo- sine approbatione & consensu judicis minime subsistat;  
Pignus

Pignus tamen pignori dari facilius conceditur, quam ut *theba* in  
primum constituantur, cum res, quæ semel prohibitionem *immobili-  
bus consti-  
tuta fine*  
evasit, & alienabilis facta est, licite postea etiam sine ve-  
nia impetrata alienetur *L. 28. §. 5. ff. de Legat. 3. Menoch.* *novo con-  
serfatu cedi-  
possum?*  
*L. 2. A. J. Q. qu. 25. n. 24. & in habentibus Symbolum*  
facilior transitus sit. *L. 3. §. ult. cum LL. seqq. ff. de bon. poss.*  
*Heig. P. 2. Q. 5. n. 6.* quibus accedit, quod in cessionibus  
ratio impediens, quo minus oppignoratio bonorum sine  
consensu judicis subsistat, cesseret; facta enim cessione ma-  
net semper unicum ac principale debitum, neque ejus-  
modi cessio in præjudicium aliorum Creditorum tendit,  
quippe qui nullum Interesse habent, num cedenti, an  
cessionario solutio fiat. Secus tamen se se res habet in *An & in  
bonis feudalibus, licet enim in iis semel cum Consensu bonis feu-  
Domini directi hypotheca constituta fuerit, alteri tamen datib[us] con-  
jus exinde quæsitum sine nova Domini directi approba-stituta?*  
tione cedi nequit. *d. Const. Elec[t]. Sax. de Cession. §. Und ob  
wohl/ Ord. Jud. Sax. c. l. Dec. Sax. nov. 28. §. von über-  
zehlter Sazung.* Multum enim interest domini scire  
& nosse, quem habiturus sit Vasallum, quippe qui ipsi  
invito obrudi nequit. Interim tamen istud facile con-*Sufficit so-  
cedimus, quod si alius sit dominus feudi, aliis e contra *by Domini*  
jurisdictionis, cessionem subsistere ex solo domini feudi *feudi con-  
sensu, quamvis Domini jurisdictionis consensus fue-  
rit neglectus. arg. dd. LL.**

### §. XXXV.

Utrum vero isti, cui res alienari nequit, nihilomi- *Utrum iste  
nus in ejusmodi re hypotheca possit constitui, merito cui res a  
disquiritur? Sententia negativa ex L. 1. §. 2. ff. cui respign.  
vel hypotheci dat, obligari non possit. corroborari videtur, quia, neg-  
cum e contra affirmativa per L. 24. ff. de pignor. & hypothec.  
ubi ICtus affirmat, quod quamvis Magistratus temporalis  
bona re consti-  
tuiposset?*

bona immobilia emere nequeat *L. 46. ff. de contrah. emt.*  
nihilominus tamen oppignoratio eidem facta subsistat.  
Sicuti vero *Zæsus ad ff. Tit. de pign. & hypothec. n. 5.* has  
leges ita conciliat, ut quidem isti, cui non sit permissum  
rem quandam emere, hypotheca tamen in ista constitui  
possit, minime vero, si plane extra commercium illius po-  
situs sit. Ita & nos hanc distinctionem retinere consti-  
tuimus, atque exinde judicamus, quod, quando Nobili-  
tatum No bus emtio prædiorum rusticorum interdicta, uti in Ord.  
bibliis op- Polit. Anhalt. Rubr. *Bauer - Gütther* it. in *Constit. Vin.*  
*pignoratio Tit. 36.* nihilominus tamen istis hypotheca in ejusmodi  
prædioru bonis constitui possit, cum a *Commercialo ejusmodi bono-*  
*rustico-*  
*rum sit in- Ref. 27. per prejudicium Facult. Jurid. Wittemberg.* confir-  
*terdicta?* mat, quod Nobilibus possessio ejusmodi prædiorum de-  
negari nequeat.

### §. XXXVI.

*Bona fidei-* Ad res, quæ alienari & in quibus per Regulam supra  
commissio in §. 19. allatam hypotheca constitui nequeat, pertinent  
subiecta bona fideicommissio subiecta. Sicuti enim ista in præju-  
an & quo- dicium fideicommissarii alienari nequeunt *L. 3. §. 3. ff. ad*  
modo oppi- *SCtum Trebell. L. ult. §. 2. seqq. C. Comm. de Legat. Auth.*  
gnorari *res que C. eod. adeo quidem, ut nec dominium transfe-*  
possent. *ratur. d. l. ult. sed alienata repeti & vindicari possint.*  
*Sande de prohibita rerum alienat. P. 3. Q. 4. n. 7. II. & 12.*  
*Carpz. P. 3. Conſt. 8. Def. 30. & L. 6. T. 3. Ref. 31. n. 1. Richt.*  
*P. 1. Dec. 61. n. 1.* ita nec in præjudicium fideicommissarii  
oppignorari, sed si rei ita oppignorata possessionem Cre-  
ditor obtinuerit, ab eodem per Fideicommissarium repeti  
possint, quod & in tantum procedit, ut quamvis oppigno-  
ratio sciente nec contradicente fideicommissario facta  
sit, nihilominus facultas reperiendi & vindicandi ipsi af-  
ferenda sit, taciturnitas enim non præjudicat isti, qui  
scivit

scivit jus suum salvum manere arg. L. 8. §. 18. ff. quibus modis  
pign. imo nec protestatio necessaria est, si quis sibi alio  
modo, quam per protestationem consulere possit. Barbos.  
axiom. L. 14. Cap. 103. Ax. 14. Interim tamen haecce re-  
petitio in fideicommissio ex certo tempore, vel sub condi-  
tione relicto non prius fideicommissario competit, quam  
tempore, vel conditione existente, L. 69. §. 1. ff. de Legat. 2.  
Sicuti etiam oppignoratio tunc subsistit, quando aut ob  
œtestatoris alienum L. arg. 114. §. 14. ff. de Leg. aut intuitu  
quartæ, qua fideicommissario competit, vid. Brun. Cent.  
2. Dec. 13. quippe de qua fiduciarius pro lubitu disponere  
potest inter vivos Nov. 118. Dn. Berger. P. 2. Suppl. ad  
E. D. F. Cent. 2. Conf. 48. p. 1457. & 1458. fuerit suscepta.

### §. XXXVII.

Neque tamen illa, quæ de prohibita oppignoratione An & bona  
bonorum fideicommissio subjectorum dicta sunt, extendi pactio de  
possunt ad ejusmodi bona, quibus pactum de non alienando  
nando in traditione adjectum. Quamvis enim nonnulli nando sub-  
Docteres inter quos referendus est Charondas cum cit. adjecta?  
pud Sandium P. 4. de probib. rer. alien. C. 2. junct. Anton.  
Fab. Decad. LXXXVII. Error. Pragmat. in ista opinione  
constituti sint, ac si ejusmodi pactum rem afficiat; Ho-  
rum tamen rationes a Dn. Wernhero in Program. quodam  
peculiaris anno 1707. edito satis sunt excusar. & ex fundamen-  
to eversæ, ex quibus colligere licet, quod hypotheca in  
ejusmodi bonis constituta, licet pactum de non alienando  
in traditione adjectum jurejurando fuerit corroboratum.  
Peregrin. III. Conf. 102. n. 8. subsistat, neque pactum tale  
contra tertium ex isto haud obligatum allegari possit.  
L. 3. C. de condic. causa dat. Struv. Synt. Jur. Civ. Exerc. 23.  
ib. 28. Quanquam secus sit dicendum, si clausula Com-  
misso-

F

misso-



missoria pacto adjecta, atque adeo illud verbis directis ac  
resolutivis conceptum, item si desuper paciscenti jus in  
re v. g. hypotheca, quod cautelæ loco Pragmatici com-  
mendare solent, constituta fuerit. *Dn. Wernher. c. l.*

### §. XXXIX.

*Quid de  
litigiosis  
obtineat?*

*Quae litigiosa di-  
catur?*

Ad bona, quæ oppignorationibus subjici nequeunt,  
referenda etiam sunt litigiosa *L. 1. §. ult. ff. quæ res pign.  
vel hypoth. dat. oblig. non poss. quippe quæ nec alienari pos-  
sunt. L. 2. L. ult. pr. & §. 1. C. de litigiosf. Can. ult. C. n. Q. 1.*  
quamvis non omne litigium circa rem exortum istam statim litigiosam efficiat, sed quo de Domino vel quasi controvrtatur, *Avtb. litigiosa C. de Litigiosis & Lis in causa contestata necesse sit L. 1. §. 1. ff. L. 4. C. de Litig. Dn. Menken. Gymn. Polens. Jur. Disp. 17. th. 5. p. 245. ubi ad ob-  
stantem Avtb. Litigiosam C. de Litigiosis simul responderet.*  
Imo nec ex accidente judiciali confirmatione convalidatur ejusmodi hypotheca in re litigiosa constituta *Dn. Berger. P. 2. Suppl. ad E. D. F. Conf. 29. n. 4. p. 1131.* Confirmatio enim nihil addit novi, sed semper fieri intelligitur salvo jure tertii *Dn. Horn. Cl. 3. Reß. 9. quanquam & illud concedendum, quod a parte constituentis minime impugnari possit. Dn. Horn. Cl. 9. Resp. 548.*

### §. XXXIX.

*Quid de  
rebus plu-  
rius com-  
munibus?*

Bona pluribus communia, utrum ab uno sociorum hypothecæ subjici possint, non incongrue queritur? Notum quidem est, quod in re communi potior sit causa prohibentis *L. 28. ff. Comm. divid. & quod unus socio invito, ne reliqui quidem re ad alium finem & usum, quam ad quem destinata est, uti possint. Harpr. ad §. 9. J. de Rer. div. n. 13. Quoniam tamen certum, quod socius partem suam*

fuam, quam in re communi habet, alteri vendere & pro  
lubitu alienare possit L. 2. C. Comm. divid. L. 7. C. Commun.  
utr. jud. L. 7. §. ult. ff. quibus mod. pign. hinc & istam in re  
adhuc communi recte oppignorare potest L. 28. ff. com-  
mun. divid. modo non potentior substituatur, atque adeo <sup>excluditur</sup>  
causa reliquorum sociorum durior reddatur, quippe quo <sup>potentior</sup>  
in casu actione in factum Prætoria illis, quorum causa  
deterior reddita est, succurritur. L. 1. ff. de alien. jud. mut.  
causa fact. t. t. C. eod. Struv. Synt. Jur. Civ. Exerc. 8. th. 57.  
cum quorumlibet juriū actionum cessiones in Poten-  
tiores factae non solum sint invalidae, sed & sub iactura  
juris plane sint prohibitae L. 2. C. ne lic. Pot. ibique Brun-  
nem. n. iii. seqq. Ultrum vero communione per divisio- Re com-  
nem soluta, illa tantummodo pars hypothecæ subjecta muni divi-  
remaneat, quæ socio oppighoranti per divisionem obve- <sup>sa an hy-</sup>  
nit, disquiritur? affirmat quidem hoc Fagundez de J. & pothea  
J. L. 7. Cap. 6. n. 7. ast contra sanctionem L. 7. §. fin. ff. antea con-  
quibus mod. pign. solv. Pignus enim cum servitutibus com- <sup>sicut o-</sup>  
paratur, sicuti vero servitutes sunt individuae, & cuiilibet <sup>mniibus rei</sup>  
parti inharent, sive, ceu vulgo traditum, sunt tanquam <sup>paribus</sup>  
anima in animali, quæ tota in toto est & tota in qualibet <sup>ad huc in-</sup>  
ejus parte vid. Carpz. P. 1. Dec. 62. n. 9. ita etiam Pignus  
& hypotheca.

#### §. XL.

An & fundum dotalem in aestimato aut aestimato, ta- Fundg do-  
xationis tamen gratia datum maritus oppignorare seu <sup>talis an a</sup>  
hypotheca afficere possit, nunc disquiritur? Quamvis <sup>marito op-</sup>  
vero olim vi Legis Juliaz maritus fundum talenti non <sup>pignorari</sup>  
quidem invita, bene tamen volente & consentiente uxo- <sup>possit?</sup>  
re alienare, potuerit L. fin. ff. de pacib. dot. pr. J. quibus <sup>Jure civile</sup>  
alien. lic. L. unic. §. 45. C. de R. U. A. a facultate vero <sup>veteri?</sup>  
et alii.

alienandi ad potestate oppignorandi non incongrue  
per ea, quæ deducta supra in §. 19. argumentari liceat;  
Nihilo tamen secius marito erat interdictum, quo minus  
prædium uxoris dotale, licet maxime uxor consentiat,  
alteri obligare vel oppignorare valuerit. d.pr. f. & d. L.  
unic. §. 15. quæ quidem prohibitio exinde descendebat,  
quod mulieres faciliores ad consentiendum in oppigno-  
rationem, ubi nullum præsens periculum adest, sed  
spes, fore, ut maritus rem luat, neque alienationem  
secuturam esse, quam in ipsam actualem alienationem  
crederentur, atque adeo, ne imbecillitate sexus ita  
facile läderentur, Lex illa sola, ad quæ mulieres procli-  
viores esse solent, eo arctius prohibere voluit. Vinnius  
ad d. pr. f. quib. alien. lic. n. 4. Lauterbach. de fund.  
dot. tb. 29. Quoniam vero experientia docuit, uxores vel  
sexus fragilitate vel mariti reverentia & amore sæpiissime  
ad consensum in alienationem suscipiendam inducitas at-  
que sæpius indotatas redditas, sæpiissime etiam exinde  
discordiarum occasiones ortas fuisse, si uxor marito con-  
fensum in alienationem desiderante denegare voluerit  
L. 2. ff. de donat. inter Vir. & Uxorem. Perez in Cod. de  
fund. dot. n. 4. hinc postmodum differentia illa inter  
alienationem & oppignorationem prædiorum dotalium  
a Justiniano Imperatore fuit sublata, atque adeo aliena-  
tio æque ac oppignoratio ejusmodi prædiorum maritis,  
quamvis maxime mulieres consentiant, interdicta fuit.  
d. pr. f. quibus alien. lic. vel non. Lauterbach d. l. th. 30.  
Jure Ger- utrum vero hæcce prohibitio adhuc in nostris terris ob-  
manico & tineat, merito disquiritur? Carpz. quidem P. 2. C. 15. Def. 21.  
Saxonico? usum hujus prohibitionis in Saxonie agnoscit ac defen-  
dit, & quamvis Schilterus Exerc. 36. tb. 95. ex jure Provi.  
Saxonico. L. 1. art. 31. ibi, kein Weib mag auch ihres Guthes  
nichts

nichts vergeben ohne ihres Mannes Willen/ daß er zu Recht leiden dürffe/ wenn er ein Weib nimt/ so nimt er in sein Gewehr alles ihr Guth zu rechter Vormundtschafft probatum dare velit, quod circa alienationem & oppignorationem prædii dotalis sufficiat solus consensus mariti & uxoris, recte tamen animadvertisit *Wesenbeccius* ad II. ff. de fundo dotali in fin., quod textus citatus de bonis non dotalibus, sed uxori propriis seu paraphernalibus, porro etiam non de potestate mariti sed uxoris agat, cui & hoc accedit, quod ante receptas academias in terris nostris adhuc ignotum fuerit, maritos dotem accipere ab uxoribus, cum olim jam tempore Taciti maritus solum dotaret uxorem, non uxor maritum *Dm.* *Thomaf.* in *Not.* ad §. 3. *J. de donat.* & in hoc sine dubio causa sita sit, cur de alienatione fundi dotalis nihil plane in jure veteri Patriæ nostræ legatur. Quoniam tamen ipse Justinianus decilionem supra memoratam postea mutavit, ac in *Nov.* 62. alienationem dotis ex repetito & secundo consensu sustinuit, jus quoque Canonicum approbat alienationem dotis ex repetito & secundo consensu uxoris factam *arg. C. 28. X de Jurejur.* *C. 2. de juram.* in 6to neque sufficiens diversitatis ratio adsit, cur uxor, quæ per deducta supra in §. 30. concurrentibus requisitis ibidem allatis dotem suam pro marito obligare possit, non æque marito, qui fundi dotalis Dominus est, in oppignorationem aut alienationem sub iisdem requisitis valide consentire possit, hinc judicamus, quod sub requisitis in §. 30. supra allatis Uxor marito fundum dotalem oppignoranti valide consentire, atque sic oppignoratio sustineri possit. *Stryk. Us. Mod.* ff. que res pign. oblig. non poss. §. 2.

§. XLI.

Bona aliena. De bonis alienis, an & quando hypothecæ subjici-  
na an & possint? nunc venit agendum; Quanquam' vero regu-  
quomodo lartier oppignoratio rei alienæ non subsistat t. t. C.  
hypothecæ si aliena res pign. dat fuer. cum hypotheca tribuat jus in  
possint sub-re, ita, ut Creditor jus suum contra quemcunque pos-  
sici?

fessorem possit persequi, quod si vero constituenta ipse  
nullum jus reale in re oppignoranda habeat, sane & in  
alium istud transferre nequit L. 64. ff. de Reg. Jur Cap. 79.  
de Reg. Jur in 6to & quamvis obstare videatur L. 9.  
§. fin. ff. de Pign. & hypothec. vi cuius ista, quæ vendi, et  
iam oppignorari possint, res vero aliena venditioni sit  
obnoxia L. 18. ff. de Contrab. ent. bene tamén notandum,  
quod allegata L. 9. §. fin. ff. de pign. & hypoth. agat tan-  
tummodo de qualitate ipsius rei oppignorandæ; ita, ut  
res, quæ sui natura vendi, etiam oppignorari possit, non  
vero de personis de re disponentibus, ita, ut, qui rem  
vendere, illam etiam oppignorare possit, maxime enim  
venditio & pignoris constitutio inter se differunt, per  
venditionem constituitur nuda obligatio personalis, per  
rei vero oppignorationem tribuitur jus quoddam in re,  
Interim tamen & in bonis alienis hypothecæ constitutio  
subsistit, aut quando verus Dominus in istam consentit,  
L. 20. ff. de pign. act. cum unicuique juri suo renun-  
ciare liberum sit L. 29. C. de pact. L. 41. ff. de minor.  
Carpz. P. 2. C. 17. Def. 7. n. 6. atque hypotheca sic ab ipso  
domino constituta videatur. Idque in tantum ut & do-  
minus pro consentiente habeatur si eo sciente, res ab  
alio oppignorata fuerit. L. 2. in fin. C. si al. res pign. data  
sit. cum hoc tendit in defraudationem creditoris, neque  
calliditati & malitiis hominum jura subveniunt. L. 5. C.  
ed SCum Vellej. Brunnem. ad d. L. 2. n. 2. aut quando de-  
nique

nique dominus illi succedit, qui ejus rem oppignoravit.  
L. 5. C. si res alien. pign. data. Quamvis vero huic Legi  
graviter obstet L. 41. ff. de pign. act. varia tamen concilia-  
tiones proferunt Beat Stryk in U. M. ff. T. que res pign.  
oblig. non poss. §. 4. Dn. Berger in Resolut. Lauterbach. Tit.  
de pign. & hypoth. Qu. i. ad quos L. B. remittimus.

### §. XLII.

Utrum vero bona fidei possessor rem, quam bona <sup>Quousque</sup> fidetenet, etiam oppignorare valeat? nunc videndum. Li-  
cet vero prima fronte hoc affirmandum videatur, cum possessori  
bona fidei possessor instar domini habeatur, & bona fi-  
des possidenti tantum, quantum veritas praestare soleat. <sup>bona fidei</sup> facultas  
L. 136. ff. de Reg. Jur. imo ad subsistentiam pignoris & <sup>confi-</sup>  
hypothecæ sufficiat, quod res vel in, vel ex bonis debi-<sup>endi hypo-</sup>  
toris sit, illeque rem ex justo titulo ad transferendum <sup>rbecam?</sup>  
dominum habili bonaque fide acceptam possideat L. 18.  
ff. de pignor. & hypothec. L. 4. ff. qua res pign. L. 6. C. eod.  
neque Accursii Glossa ad §. 8. f. de Act. in qua verb: In  
bonis interpretantur de dominio, approbanda; cum com-  
munis Doctorum schola isti contradicat, atque illam  
diabolicam appellat. Nostamen ita simpliciter senten-  
tiā affirmativam amplecti non possumus. Conce-  
dimus quidem, quod in prejudicium constituentis ejus-  
demve heredum ob rationes in §. 8. supra adductas, va-  
leat, quatenus vero agitur de prejudicio tertii, præpri-  
mis veri Domini distingvendum esse judicamus, utrum <sup>Distingut-</sup>  
constituens tertio meliore jure rem possideat, nec ne?  
ita, ut eo in casu hypotheca in istius prejudicium, qui  
jus infirmius habet, valeat, neque tamen & in casu  
posteriore, quo sc. tertio jus melius atque firmius com-  
petit.

petit, ICtus enim Paulus in L. 18. ff. de pign. & hypothec. affir-  
mat, quod Prætor hypothecam, quæ a bona fidei possesso-  
re constituta est, sic tueri velit per Servianam, sicut de-  
bitorem per Publicanam; Ast Publiciana actio adversus i-  
stum solummodo moveri potest, qui infirmiore jure agente  
rem possidet. L. fin. in fin. L. 9. §. 4. ff. de public. in rem act.  
Ex quo fluit, quod ejusmodi hypotheca neque vero domi-  
no, neque isti, qui bona fide rem a non domino prius tradi-  
tam accepit, aut cui vel a vero domino, vel ejusmodi  
bona fidei possessore, qui firmiore jure rem antea pos-  
sedit, hypotheca, etiam posterior, constituta sit, præjudi-  
care possit, bene tamen tertio, qui aut malæ fidei pos-  
sessor ante constituentem fuit, aut cui ab isto prior et-  
iam hypotheca sit constituta; sicuti & isti obest, qui  
post constituentem bona fide, rem itidem bona fide  
possidet, & cui ab hoc hypotheca constituta est. vid.  
L. 7. §. 6. ff. de Public. in rem act. Struv. Synt. Jur. Civ. Exerc.  
L. tb. 46. Interim facile concedimus, cum in facto con-  
sistat, utrum tertius constitutive potiore jure munitus  
sit, iis etiam in casibus, ubi dominii mentio solummo-  
do incidenter sit, dominium haud exacte probandum esse,  
uti ostendit Dr. Berger. in Resolut. Lauterbach. Tit. si ser-  
vitus vindic. p. 152. cum quo conveniunt ista, quæ Pacia-  
nus tradit de Probat. L. 2. Cap. 37. n. 18. seqq. & Cap. 38. n. 37.  
quod & Creditor adversus tertium possessorem hypothe-  
caria agens nil amplius probare debeat, quam rem tem-  
pore oppignorationis in bonis debitoris exitisse, ita ut  
firmius jus, quo rem aut hypothecam suam teneat, a  
Reo in Reprobatione sit deducendum vid. Dr. Wernber.  
P. 2. Obj. 484.

S. XLIII

§. XLII.

Utrum vero in Saxonia nostra, & ubi dominii translatio in immobilibus dependet a resignatione & investitura judiciali, possessor rei immobilis, cui sine ejusmodi resignatione & investitura judiciali, res extrajudicialiter tradita est, istam hypothecæ subjicere posit, non congrue quæritur? Notum est, quod Jure Saxonico Eleitorali per simplicem traditionem rei immobilis, licet maxime ex causa ad transferendum dominium alias habili tradita sit, dominium neutiquam transferatur, sed ut tradens & alienans jus suum judicialiter resignet Land-N. L. 2. Art. 20. præterea rem judicialiter tradat, Weichbild Art. 60. in fin. & denique istam sequatur judicialis investitura Gerichl. Belehnung Art. 20. v. dicitur possit? Richter soll requiratur; Id quod in tantum per Decisionem Elect. Sax. nov. 71. postea approbatum est, ut neglecta hacce resignatione & investitura judiciali, sola extrajudicialis traditio ad transferendum dominium in re immobili minime sufficiat. Cum vero hæc sancta Saxonica a non nullis de solo dominio civili, sive in sensu juris Romani Quiritario, sint intellecta, atque adeo ista ad dominum naturale, sive, in sensu juris Romani, Bonitarium pertinere, plane negatum fuerit; hinc, cum jure Romano non solum iste, qui dominium Quiritarium, sed Bonitarium habeat per deducta in §. antecedentibus hypothecam constitueri possit, factum est, ut alii, inter quos olim fuit Carpozivius P. I. Dec. 129. cum quo consentit Herold Consil. 28. n. 60. supra allatam quæstionem ne gaverint, alii e contra, inter quos fuit Nicol. in Resolut. Jur. dub. Pract. Resp. 16. simpliciter affirmaverint, sicuti & adhuc hodie inter maximi nominis JCtos hac de re graviter controvertitur.

G

§. XXIV

*rationes  
negantio-  
rum.*

§. XLIV.

Quanquam vero negativa sententia exinde defendi soleat, quod nec jure civili per deducta supra in §. 42. Prætor hypothecam a bonæ fidei posseſſore constitutam aliter defendat, quam quatenus Actionem Publicianam iſti tribuit, sive, quatenus in sufficiētē conditione uſu- capiendi eſt constitutus; ipſo vero jure civili ad uſu- capiō- nem ejuſmodi præcedens traditio, quæ ad transferen- dum dominium in ſe ſufficit, requiratur, atq; hinc judicent, quod, quoniam in Saxonia noſtra ſimplex traditio, ſicuti jure civili, non ſufficiat, ſed certa qualitate jam jam allata debeat eſſe adaucta, nec per extra Judiciale traditionem dominium quoddam Prætorium, ſive, in ſenſu juris civilis, bonitarium transferri poſſit. Prætorium e- nim in duobus ſolummodo diſſert a Civili, partim, ut quis a non domino, quem tamen dominum eſſe credebat, rem obtinuerit, partim, ut ipſi adhuc deſit tempus quoddam ad uſu- capiō- nem neceſſarium, in reliquis vero omnia uſu- capiōniſ & translationiſ dominii requiſita debent adereſſe. Quibus & hoc accedat, quod diſſensus Franzkii & Carpozovii Decisioni noviſſimæ 61. occaſionem dederit, cum vero inter dictos Jctos præprimis converteretur, non de domi- nio civili, ſeu in ſenſu juris Romani, Quiritario, ſed Bonita- rio seu Prætorio, Carpozovii vero ſenrentia in dicta nov. Decisione generaliter & ſine omni diſtinzione fuerit ap- probata, hinc judicant, nec Prætorium ſeu bonitarium do- miniū per extrajudicalem rei immobiſis traditionem ſine reſignatione & investitura judiciali transferri in accipien- tem: alias rationes, quæ non ſolum a ſupra citatis Doctori- bus ſunt allatae ſed & a Domino Wernero in Diſſert. Elec- Forenſia continentur, & a Benedicto Siegmund Gerlacb Menſ. Jul. 1711. defenſa Obs. 2. ulterius ſunt deductæ, ut hic prætermittamus,

§. XLV.

### §. XLV.

Nihilo tamen secius affirmativa sententia ex inde defendi videtur, quod, quamvis 1.) per nudam extra-  
judicalem traditionem non quidem dominium plenum  
& civile, bene tamen jus quoddam reale, atque dominio analogum transferatur atque adeo, cum & ob præsumptum seu quasi dominium, isti, qui a non domino rem bona fide & justo titulo acquisivit, actio Publiciana detur, multo magis isti, qui rem a vero domino ex causa justa traditam acceperit, præprimis, cum 2.) jus Saxonum, quatenus præter traditionem simplicem ac nudam ad translationem dominii resignationem & investituram judicialem requirat, sit jus quoddam exorbitans, atque adeo secundum regulas bona interpretationis strictissime interpretandum, quibus & hoc 3.) accedit, quod in Saxonia actio Publiciana nullibi sit sublata, potius ab illustrè Jcto Strykio in U. M. ff. Tit. de publ. in rem act. deducatur, quod & in Saxonia nostra isti, qui sine resignatione & investitura judiciali bona fide & justo titulo rem immobilem extrajudicialiter traditam accepit, competit Publiciana actio, imo 4.) admissa sententia contraria, tota materia usucaptionis quoad immobilia in Saxonia nostra cyanescat.

### §. XLVI.

Nos distingvendum esse judicamus, utrum agatur de præjudicio constituentis ejusdemve heredum, an vero tertii cuiusdam, ita ut priori in casu, quando Creditor hypothecam sibi in re immobili constitutam, adversus constituentem ejusdemve heredem persecutur, ipsi ex rationibus supra in §. 8. allatis defectus resignationis & investituræ judicialis opponi nequeat, bene tamen posteriori in casu, quando adversus tertium possefponatur rem quoad

*præjudicium ter-  
tii?*

rem ex hypotheca sibi constituta actionem movere ve-  
lit; Quam ultimam sententiam eo magis defendendam  
suscepimus, cum in ipsis Collegiis Juridicis Saxonici  
ad istam soleat pronunciari. Non solum enim *Facultas  
Juridica Wittebergensis in causa A. M. E. contra J. M. S.  
Mens. Octobr. 1710.* hunc in modum pronunciat, cuius  
pronunciati rationes evolvi possunt *apud Dn. Wernber. c. l.*  
sed & recordamur hunc in modum a Scabinatu Lipsiensi  
nec non Curia Provinciali Wittebergensi, ut & summo  
Appellationum Senatu aliquoties pronunciatum esse.

*Limitatur* Quanquam illud concedamus, quod si quis in Saxonia  
rem immobilem ultra tempus ad præscriptionem lege  
definitum possederit, non opus habeat probatione, se  
rem per resignationem & investituram judicialem ac-  
quisivisse, cum lapsu ejusmodi temporis præsumitur  
pro validitate possessionis, atque adeo nec jure civili  
in trecentaria præscriptione Titulus, quamvis ad mo-  
vendam actionem *Wiffenbach ad L. 3. § 8. C. de præscript.*  
*30. vel. 40. ann.* bonam fidem desideret, nec jure Cano-  
nico titulus & bona fides, quippe pro quo præsumitur  
*Schilter Exerc. 45. th. 57. & 58.* allegari & probari de-  
beat. Quibus nec jus Germanicum contradicit, sed  
potius per *Jus Prov. Sax L. 1 Art. 29.* expresse disponitur  
an Eigen und Erb mag sich der Sachse verschweigen bey  
dreißig Jahren Jahr und Tag und eher nicht *Schilter  
Exerc. 45. th. 50* ex quibus colligit *Dn. Thomasius in Not.  
ad Inst. Tit. de Usucap. & long. temp. præscript. p. 160.* in  
immobilium præscriptione Saxones non requisivisse bo-  
nam fidem, nec justum Titulum, nec etiam vitium vio-  
lentiae obstatisse acquisitioni, sed solum fundasse se in  
præscriptione juris gentium nixa derelictione præsumta.  
Sicuti etiam heredem speciali investitura non opus ha-  
bere

bere, sed isti prodesse investituram defuncti, judicavit  
Curia Provincialis Wittebergensis in causa L. contra G. Ter-  
mino Michaelis 1712.

### §. XLVII.

Nequis nostris assertis, salvo tamen aliorum rectius *Refutatio-*  
*sentientium* *judicio*, obstare judicamus ista, quæ supra in *tur ratio-*  
§. 45. sunt allata; Quod enim attinet primam rationem *nes contra-*  
*negamus* allatam distinctionem, quippe quæ ex nullo textu *ria?*  
Juris Saxonici, ex quo tamen jure unice dependet resi-  
gnatio & investitura judicialis, tanquam requisitum tra-  
ditionis in Saxonia ad effectum translationis dominii  
necessarium, probata dari possit, potius *Dn. Wernber. c. l.*  
judicet, quod, qualis traditio esse debeat, si verus dominus  
dominium suum in alterum derivare velit, talis etiam  
traditio requiratur, si non dominus usucapiendi condi-  
tionem transferre cupiat; Cum inter traditionem, per  
quam dominium transit, & eam, qua usucapiendi con-  
ditio transfertur, nullum aliud discrimen intercedere  
queat, quam, quod priori casu res tradentis propria esse  
debeat, posteriori autem aliena; Multo minus altera ra-  
tio huc quadrat, cum per antea dicta resignatio & inve-  
stitura judicialis dependeat ex solo jure Germanico, ne-  
que jure Romano cognita fuerit, in tantum quidem, ut  
nec sub cessione in jure continetur. Licet vero regula,  
quod jura exorbitantia strictissime, & quo minus rece-  
dant a jure antea constituto, sint interpretanda, ita gene-  
raliter a nonnullis accipiatur, ut in omnibus juris mate-  
riis applicetur; Falsissimam tamen istam judicamus, qua-  
tenus jura statutaria & provincialia, præprimis de mate-  
ria quadam juris domestici disponentia declarationem

G 3 & re-

& restrictionem ex jure communi admittere debent.  
Jus enim Civile Seculo demum XV. occasione introduc-  
tarum Academiarum in Germania nostra sensim est re-  
ceptum vid. Conring. de Orig. Jur. Germ. cum ante Se-  
culum XV. rara vestigia juris civilis in nostra Germania  
deprehendantur, nisi quod Urbatus II. Papa Ao. 1389.  
Academia Erffortensi facultatem docendi Jus Civile &  
Canonicum concesserit. Conring. d. l. C. 32. Quis vero de  
conditoribus juris ejusmodi domestici tam absurdè judi-  
care velit, istos in legibus suis promulgatis illæsam juris  
civilis autoritatem servare voluisse, cum tamen eo tem-  
pore Jus Civile nondum receptum, forte etiam plane  
incognitum fuerit; Neque nos movent, quæ (3.) loco de  
usu actionis Publicianæ in ipsa Saxonia nostra sunt allata.  
Non enim in totum ejus usum negamus, sed tunc, quan-  
do cum resignatione & investitura judiciali res justa ex  
causa a non domino tradita, neque tamen per tempus a  
lege ad usucacionem præscriptum res a novo acquiren-  
te fuerit possessa, Actionem Publicianam locum invenire  
concedimus; Interim tamen istud negamus, quod  
nuda traditio sine resignatione dominii & investitura  
judiciali sufficiat ad dominium Prætorium, in quo se fundat  
dicta actio, nam & jure civili requiritur ejusmodi  
traditio, ex qua dominium alias verum in alterum trans-  
fertur, unde & tradens debet habere animum domini-  
num transferendi, neque aliter sufficit traditio, quam si  
ex justo titulo ad transferendum dominium habili fuerit  
facta; Cum vero jure Saxonico verum dominium per  
simplicem traditionem transferri nequit, sed ut resigna-  
tio & investitura judicialis accedat, necesse sit, hinc nec  
fictum; Præprimis, cum jus civile in terris nostris in sub-  
sidium sit solummodo receptum, atque adeo, quoties  
actui

actui a jure patrio certa requisita sunt præscripta, ista per  
jus civile tolli vel restringi nequeant; Et quamvis Dr. Strykig  
contrarium loco citato statuat, atque & tunc actioni Publi-  
cianæ locum concedat, quando quis sine resignatione &  
investitura judiciali, rem immobilem obtinuerit; Sola  
tamen Doctorum autoritas Legibus & rationibus ex justa  
juris analogia peritis obstare nequit, præprimis cum su-  
pra in §. 46. fuerit monitum, quod hactenus aliquoties in  
ipsis rerum argumentis Collegia Juridica Saxonica a dicta  
sententia recesserint. Sicuti etiam ex hactenus dictis,  
præprimis ad rationem tertiam, falsitas rationis quartæ  
ad oculum patet.

### §. XLIX.

De Interdictio Salviano queritur, utrum isti, cui *An inter-*  
res ab eo, qui non gaudet hac investitura judiciali, res *dictum*  
*immobilis oppignorata sit, succurratur hoc remedio?* *Salvia-*  
Quod affirmamus, cum hoc sit remedium possessorium, *num iste*  
ubi non agitur de jure, sed nuda possessione adipiscen-  
da; ita, ut postea jus ipsum in petitorio possit ventilari:  
unde & hoc remedio instituto, probasse sufficit, rem es-  
se oppignoratam, atque oppignorantem tempore oppi-  
gnorationis rem oppignoratam possedisse *Gai. L. 2. Obs.*  
*26. n. 1. Zef. ad ff. Tit. de Salvian. Interd. n. 4.* Sicuti  
vero possessio oppignorantis tempore suscepta oppigno-  
rationis est essentiale requisitum Interdicti Salviani, ita,  
si ejus nulla mentio facta fuerit in libello, hic ceu ine-  
ptus rejicitur, uti hoc pluribus dedit *Dn. Wernher.*  
*P. 2. Obs. 477.*

### §. LIX.

§. XLIX.

Quenam  
requisita  
alienatio-  
nus in oppignoratione bonorum immobilium locum in-  
zis ad op-  
veniant, apponamus. Quoniam tamen sic Dissertatio  
pignoratio  
nostra præter intentionem excresceret, hinc ista alii oc-  
nem bono-  
casioni reservamus, & id in genere notamus, quod o-  
rum ulte-  
mnia requisita alienationis, solis istis exceptis, quæ ad e-  
rius necef-  
saria sint? jus consumationem, sive dominii translationem faciunt,  
cum uti in cit. §. 19. deductum dominium rei oppigno-  
ratæ in Creditorem non transferatur, etiam in  
bonorum immobilium oppignoratione  
observari debeant.

F I N I S.



*NOBILISSIMO CLARISSIMO QVE*  
*VIRO*  
*DOMINO*  
**CHRIST. THEOPHILO**  
**ZEITZIO,**  
ADVOC. IMMATR.  
RESPONDENTI ET AMICO SYO  
*S. P. D.*  
**PRAESES.**

**Q**ui industriam Tuam cūm non  
vulgari morum innocentia  
conjunctam ab eo statim tem-  
pore, quo scholas meas fre-  
quentare cœpisti, adamavi semper &  
admiratus sum, hodierni nunc diei fe-  
licita-

licitatem mihi gratulor, quo me Præ-  
side in cathedram descendis, & stu-  
diis ex voto confectis inter applausus  
publicos me præcipue ultimi specimi-  
nis testem esse desideras. Trienni-  
um est, & quod excurrit, cum in hanc  
Academiam venires, &, quod non  
sine voluptate recordor, talem diſcen-  
di rationem haud interrupto labore  
feligeres, qualem in paranda eruditio-  
ne solidiori necessariam cumprimis  
putaveras. Non enim imitabarī eos,  
qui parum de principiis solliciti præ-  
postero conatu studiorum statim fru-  
ctum quærunt, & dum praxin, ut vo-  
cant formulis & inepta sententiarum  
farragine absolvi putant, periculosa  
in

in forum studia inconvenienti jaeta-  
tatione & vano strepitu proferunt,  
propelluntque. Alia Tibi, Nobilissime  
Zeitzi, mens fuit , qui artis prius o-  
ptime initia inquirebas, &, cum oran-  
dis aliquando causis vacare Tecum  
constituisses, fundamenta maximope-  
re, quibus usus fori suffultus est, inda-  
gabas. Non opus est , ut plura de  
egregiis studiorum profectibus di-  
cam, quos publico laudis testimonio IL-  
lustris ICtorum Ordo nuper admodum  
confirmavit ; Imo omnes , qui de ar-  
gumento hoc, inter Interpretes satis  
controverso , Te disserentem audi-  
ent, me hoc labore supersedere fa-  
cile posse, communis suffragio affirma-  
bunt

bunt. Fecisti hoc ipso rem Tibi peculiari laudi censuram , & , cum in forum veneris, non parum profuturam. Ita sane , Clarissime Vir , ex inita hac studiorum ratione doctrinæ emolumenta plurima capies , & cum nihil, quod dicitur, in Practica habeatur , quod non in lege cautum sit, si ad ipsa rerum argumenta accesseris, non dissolvendam Theoriæ & Praxeos affinitatem ex ipsis eventis Litium observabis. Vale , & ea, qua cœpisti, laude regiam doctrinæ excellentioris viam perge, ut major mihi indies Tibi, Patri Patriæque Tuæ gratulandi occasio suppeditetur. Scribebam Vitemb.d.27. Septembr Anno MDCCXIV.

AB:154566

ULB Halle  
003 120 163

3




5b.

Vd 17



B.I.G.



Q. D. S. V.  
AVSPICIIS  
SERENISS. PRINCIPIS REGII  
**DN. FRIDERICI AVGVSTI**  
RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI  
DISSERTATIONEM JURIDICAM,  
QVA  
REQVISITA  
HYPOTHECAE CON-  
VENTIONALIS IN BO-  
NIS IMMOBILIBVS CON-  
STITVENDAE  
EVOLVUNTUR  
P R A E S I D E  
**JO. GOTTOFREDO KRAVSIO,**  
J. V. D. VT ET CVRIA PROVINCIALIS ET CONSISTORII  
ECCLESIASTICI WITTENBERGENSIS ADVOCATO  
ORDINARIO,  
DOMINO PATRONO ATQVE PRAECEPTORE SVO OMNI HONORIS CVL-  
TV AC OBSERVANTIA AETATEM PROSECVENDO,  
IN ILLVSTRI ACADEMIA WITEBERGENSI,  
D. SEPTEMBR. ANNO MDCCXIV.  
PVBLICAE VENTILATIONI SVBMITTIT.  
IN AUDITORIO JVRIDICO  
RESPONDENS  
**CHRISTIANVS GOTTL. ZEITZIVS, TORGAV. MISN.**  
ADVOCAT. IMMATRIC.

VITEMBERGAE, FORMIS SAMVELIS KREVSIGII.  
17. Sept. de necessario certiori hypothecarum in obliis extrajudiciale  
Gottlobi Vol. XLVI. Sept. 8. 34.